


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 A
45

REGVLAE, ORDINATIONES, ET CONſtitutiones Cancellariæ Apoſtolicæ S.D.N.D.Pauli, diuina prouidentia Papæ III.



ANCTISSIMVS in Chriſto pater, & Dominus noſter, dominus Paulus diuina prouidentia Papa .III. ſuorum prædeceſſorum veſtigiis inhærendo: normã & ordinem rebus gerendis dare volens; in craſtino aſſumptionis ſuæ; videlicet, die xiiii. menſis Octob. anni Domini. M. D. XXXIIII. Reſeruationes, Cõſtitutiones, & regulas infraſcriptas fecit: quas etiam ex tunc ſuo tempore duraturas obſeruari voluit; & quas nos Hippolytus Sancti Laurentii in Damaſo Diaconus Cardinalis. S.R.E. Vicecancellarius die Iouis quinta menſis Nouembris anni prædicti in Cancellaria apoſtolica publicari fecimus.

¶ Reſeruationes generales, & ſpeciales, & primo Conſtitutionum ad regimen, & Execrabilis.

IN PRIMIS Reſeruationes fecit ſimiles illis, quæ in Conſtitutione fe.re. Benedicti Papæ .xii. quæ incipit, Ad regimen; continentur: & illas locum habere voluit, etiã ſi officiales in eadem conſtitutione expreſſi, Apoſtolicæ ſedis officiales ante obitum eorum eſſe deſierint, quo ad beneficia, quæ tempore, quo officiales erãt, obtinuerãt: ac reſeruauit beneficia, quæ p cõſtitutionem pię memoriæ Ioannis Papę .xxii. quę incipit Execrabilis, vacãt; vel vacare cõtigerit.

¶ Reſeruatio Cathedralium eccleſiarum, & Monaſteriorum, valorem Ducentorum florenorum excedentium.

¶ ITEM, reſeruauit gñaliter, oẽs eccl'ias Patriarchales, Primatiales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, necnõ oia Monaſteria virorum, valorem Ducentorum Florenorũ auri cõmuni æſtimatione excedentia; & voluit ꝙ exceſſus huiuſmodi, in literis exprimatur.

¶ Reseruauit dignitates post Pontificales maiores in Cathe dralibus, etiam Metropolitañ. & principales in Collegiatis, ac dignitates Couentuales quorūcunq; ordinū, sed nō mili tiarum, necnon suorū, & Cardinaliū familiarium beneficia.

¶ ITEM, reseruauit generaliter dispositioni suę, omnes dignitates maiores post Pontificales, in Cathedralibus, etiam Metropolitañ. ac principales in Collegiatis ecclesiis, valorē decem florenorum auri, communi æstimatione excedentes. Necnon Prioratus, Præposituras, Pręposítatus, ac alias dignitates conuentuales, & Pręceptorias generales ordinum quorūcunq;, sed non militiarū: ac quęcunq; beneficia, quæ sui etiam dum Cardinalatus fungebatur honore, existentes, & sanctę Romanę Ecclesię viuentium nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium familiares, continui commensales, obtinent, & imposterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quę ius eis competit, aut competierit, etiam si ab ipsa familiaritate, per obitum Cardinalium eorundem, vel alias, recesserint. Ac fe. re. Pauli. ii. & Innocentii. viii. Ro. Pontificum prędecessorum suorum vestigiis inhęrendo; declarauit dignitates, quę in Cathedralibus, vel Metropolitañ. post Pontificales non maiores existunt, & quę ex apost. sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine pręscripta, vel alias quouis modo, in Collegiatis ecclesiis, principalem pręeminentiā habere noscuntur; sub reseruatione prędicta, compręhendi debere.

¶ Reseruatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorū.

¶ ITEM, reseruauit generaliter, omnia beneficia ecclesiastica, quorumcunq; Collectorum, & vnicorum in quacunq; Ciuitate, vel diocesi, qui suo tempore eorum officia exercuerint, Subcollectorū fructuum & prouentuum Camerę Apostolicę debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quę durāte eorum officio obtinuerint, ac in quibus, seu ad quę ius, tunc eis competierit.

¶ Reseruatio beneficiorū Curialium, dum Curia trāsfertur.

ITEM, reſeruauit omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica quorumcunq; Curialium, quos dum curia Romana, de loco ad locum transfertur, eam ſequendo decedere contigerit, & in quouis loco quantumcunq; etiam a dicta Curia remoto.

Reſeruatio beneficiorum Cubiculariorum, ac Curſorum ſuorum.

ITEM, reſeruauit generaliter idem dominus noſter Papa diſpoſitioni ſuæ, omnia beneficia Cubiculariorũ, & Curſorum ſuorum.

Reſeruatio beneficiorum ſancti Petri, ſancti Ioannis Lateraneñ. & ſanctę Marię Maioris de Vrbe eccleſiarum, ac beneficiorum Cardinalium, a Ro. Curia abſentium.

ITEM, reſeruauit diſpoſitioni ſuę generaliter, quęcunq; Canonicatus, & prębendas, ac dignitates, perſonatus, & officia, in principis Apoſtolorum, Sancti Ioannis Lateraneñ. ac beatæ Marię Maioris de vrbe eccleſiis, necnon ad collationem, prouiſionem, & pręſentationem, ſeu quamuis aliá diſpoſitionem. S.R.E. Cardinalium, a Romana Curia abſentium, ratione ſuorum Epiſcopatuum Cardinalatus, & ipſorum Cardinalium titulorum ſpectantia, quãdiu abſentia ſua durauerit, Canonicatus, & prębendas, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia, cęteraq; beneficia eccleſiaſtica, cum cura, vel ſine cura vacantia, & inantea vacatura, tam in eadem vrbe q̃ in eccleſiis, ciuitatibus, & dioeceſibus dictorum Epiſcopatuum conſiſtentia, ac decreuit irritum, &c.

ITEM, voluit idem dominus noſter Papa, q̃ conceſſa per Clementem prędeceſſorem ſuum, & de eius mandato expediantur in forma rationi congruit, ſub die Coronationis ſuę, vt moris eſt: & idem, quo ad conceſſa per fe. re. Leonem Papam. x. & Hadrianum Papam. vi. etiá prędeceſſores ſuos, ad ſex menſes duntaxat, ab ipſa die Coronationis incipiendos, obſeruari voluit.

¶ Reseruatio omnium ecclesiarum, quas prędecessores tempore obitus reseruauerant, pariter beneficiorum tunc vacãtium tanq̃ affecta.

¶ ITEM, declarauit omnium & singularum ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum prouisiones: quas præfati prędecessores sui, ordinationi, & dispositioni eorũ, necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica, quæ dicti prædecessores, etiam præfatæ dispositioni, cum interpositione decreti reseruauerant. Quæ quidem ecclesiæ, & Monasteria, necnõ sic reseruata beneficia, tempore obitus eorundem prædecessorum vacabant, aut ecclesiæ, vel Monasteria huiusmodi, si commendata, vel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent, remansisse, & remanere, per huiusmodi reseruationem & decretum affecta, nullumq́ de illis, præter Ro. Pontificem, ea vice se intromittere, vel disponere potuisse siue posse quoquomodo; decernens irritum, & inane, si secus de illis, attentatum forsan erat tunc, vel imposterum cõtigerit attentari.

¶ Reualidatio literarum, gratiam vel iustitiam continentiũ, ac restitutio in pristinũ statum, ad exequendum, ac si inchoatio infra annum facta fuisset.

¶ ITEM, prædictus dominus noster, omnes & singulas ab ipsis prędecessoribus suis, infra annum, ante diem obitus eorum, concessas, gratiæ vel iustitiæ literas, temporibus debitis, earum executoribus non præsentatas, omnino reualidauit, & in statum pristinũ, in quo videlicet ante fuerant, & eos pro quibus erant obtentæ, quo ad hoc, plenarie restituit; ac decreuit per executores prædictos, vel ab eis subdelegandos, perinde ad ipsarum executionem procedi posse, & debere, ac si executio huiusmodi, tẽporibus prædictis inchoata fuisset.

¶ ITEM, reuocauit quascunq́ Expectatiuas, & collationũ mutationes, ac reualidationes, & extensiones, eas quomodolibet concernentes, etiam si qui per eas in canonicos, sub expectatione præbendarum, vel portionum, creati aut recepti

pe-

fuissent. Necnon alias q̃ super quibus per Cancellariā apostolicam literæ in forma solita expediri consueuerunt, reseruationes etiā mentales, perinde ac si non emanassent de quibusuis etiam Patriarchalibus, Metropolitanis, & aliis Cathedralibus Ecclesiis, ac Monasteriis, & beneficiis vacaturis, cum prouisionibus, & commendis, aliisq; dispositionibus, seu de prouidendo, & commendando, aliasq; disponendo mandatis & extensionibus indesecutis; necnon absq; consensu coadiutorias, seu coadiutorum deputationes, etiam cum successione, per dictum Clementem, & alios Ro. Pont. suos prędecessores, in fauorem quorumcunq;, & quibuscunq;, etiam S.R.E. Cardinalibus, & sub quibusuis verborum formis, etiā motu proprio, & de apostolicæ potestatis plenitudine, seu Consistorialiter, cōcessas, & factas, ac facultates nominandi, reseruandi, conferendi, commendandi, & alias dispouendi, quæ ab eisdem prædecessoribus emanarunt, illarumq; vigore factas nominationes, & reseruationes, quo ad ea, in quibus nondum vere, non autem per decretum in illis appositum, sunt sortitæ effectū; nec alicui, quascunq; declarationes, aut præseruatiuas, vel extunc, prout ex die reuocationis huiusmodi restitutiuas, & reualidatiuas clausulas, vel adiectiones, etiam si in eis decretū esset, illas extunc effectum sortitas esse, & ius in re quæsitum fore, aduersus reuocationem huiusmodi, in aliquo suffragari, ac tenores, & formas omniū pręmissorum pro expressis habere voluit.

¶ ITEM rationabilibus suadentibus causis, ipse dominus noster, omnes vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones extinctiones, applicationes, & dimembrationes, etiam perpetuas, de quibusuis Cathedralibus, necnon aliis ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, ac locis, & beneficiis ecclesiasticis, per cessum, vel decessum, aut quāuis aliam dimissionem, seu amissionem qualiacūq; fuerint inuicem, vel aliis ecclesiis, monasteriis, mensis, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, & piis, ac aliis locis, vniuersitatibus, etiam studiorum generalium, & collegiis etiam in fauorem. S.R.E. Cardinaliū, seu ecclesiis, monasteriis, & beneficiis

per eos obtentis quomodolibet, apostolica vel alia quauis auctoritate factas, quę suum sortitę nō sunt effectum, ac quęcunq; concessiones, & mandata, super vnionibus, annexionibus, & incorporationibus, ac aliis pręmissis taliter faciendis, reuocauit, cassauit, & irritauit, nulliusq; decreuit existere firmitatis, nec alicui quascunq; clausulas, vel adiectiones, in quibusuis apostolicis, etiam quę Motu proprio, aut ex certa scientia, etiam Consistorialiter processerant, & emanauerant literis, etiam si in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut ius quęsitum fore quomodolibet contentas aduersus reuocationem, cassationem, & irritationem huiusmodi voluit aliquatenus suffragari.

¶ Reuocatio facultatum concessarum quibuscunq;.

¶ ITEM, reuocauit quascunq; facultates concessas quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac aliis Pręlatis, & personis, necnon apost. sedis Nunciis, ac fructuum, & prouentuum Camerę aposto. debitorum Collectoribus, de dispensando cum quibusuis personis, super matrimonio cōtracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac super natalium & ętatis defectibus, & de incompatibilibus beneficiis ecclesiasticis insimul retinendis, necnon de Notariis publicis creandis, ac de disponendo quomodolibet de quibusuis beneficiis ecclesiasticis, & alias a pręmissis, officia ipsorum Nunciorum, & Collectorum, directe non concernentes: Necnon facultates, & indulta, quibusuis Cardinalibus, aut aliis personis, de quibusuis beneficiis ecclesiasticis, certarum ciuitatum, & diocesum, in quibus ipsi non erant, nec vnq̄ fuerant veri ordinarii Collatores: sed de ipsorum ordinariorum consensu: aut etiam sine eorum consensu, seu sede Episco. vel etiam Archiepi. vacañ. disponendi; aut Vicarios perpetuos, seu temporales, qui etiam eisdem Cardinalibus, aut personis huiusmodi beneficia conferrent, vel commendarent, deputandi; aut ipsi Vicarii, per quoscunq; Romanos Pontifi. pręcedecessores suos, deputati fuissent, etiam perinde ac si veri, & non ficti, inibi ordinarii Collatores es-

ſent,ac etiam cum decreto,ꝙ diſpoſitiones,de eiſdem beneficiis,abſq; eorundem Cardinalium, vel perſonarū conſenſu, etiam per ſedem apoſtolicam pro tempore factæ, nullius eſſent roboris,quomodolibet conceſſa;etiam ſi in literis deſuper confectis, ſint clauſulæ reſtitutoriç, reintegratoriç,& derogatoriarum derogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expreſſis haberi voluit, quo ad omnia in quibus facultates ipſæ nō ſunt ſortitæ effectum; etiam ſi Nunciis eiſdem dictæ ſedis Legatis de latere competens,ſit cōceſſa poteſtas: decernens irritum,&c.

¶ITEM, reuocauit quaſcunq; facultates,& literas deſuper confectas,per quas quicunq; ſui prędeceſſores Ro. Pontifices,quibuſuis perſonis ordinariam collationem, ſeu aliam diſpoſitionem beneficiorum eccleſiaſticorum, de iure, vel conſuetudine habentibus,ex quauis etiam Patriarchali,Archiepiſc.Epiſco. vel alia dignitate, non tamen Cardinalatus honore fungeñ. quauis conſyderatione, vel intuitu, ſeu etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſto. poteſtatis plenitudine,conceſſerant, vt quandiu viuerent, vel ſuis Eccleſiis,ſeu Monaſteriis prçeſſent, aut ad aliud tempus, de beneficiis eccleſiaſticis, generaliter reſeruatis, ſeu affectis, ad eorum collationem,prouiſionem,præſentationem, electionem,aut quamuis aliam diſpoſitionem,communiter vel diuiſim ſpectantibus, diſponere libere & licite valerent, aut etiam ad id,per eoſdem prędeceſſores Vicarii perpetui, vel ad tempus,conſtituti forent.

¶ De dictionibus numeralibus in literis Apoſtolicis ponendis.

¶ITEM, vt in Apoſtolicis literis cōmittendi crimen falſi peramplius tollatur occaſio: voluit,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ inantea,dictiones numerales,quæ in dictis literis, ante Caleñ. Nonas,& Idus,immediate poni conſueuerunt: per literas,& ſyllabas,extenſæ ſcribantur: & illæ,ex pręfatis literis, in quibus huiuſmodi dictiones aliter ſcriptę fuerint, ad Bullariam nullatenus mittantur.

¶ De concurrentibus super beneficio, iuxta qualitatem.

¶ ITEM, voluit, quod de concurrentibus super vacantibus, seu certo modo vacaturis beneficiis, illis quibus gratiæ, Motu proprio conceduntur: cæteris, simili modo gratias non habentibus, alias graduati nō graduatis, & inter graduatos magis graduati, aut inter æqualiter graduatos prius graduati: Necnon colorato titulo possessores, non possessoribus, ac inter personas alias in Curia presentes absentibus ab ea, ac inter præsentes, nō beneficiati, beneficiatis, & similiter inter absentes, & cæteris paribus oriundus non oriundo, & diocesanus non diocesano: In reliquis vero; singuli, qui prius apostolicas desuper literas eorum executoribus presentauerint; aliis, in ipsorum de quibus agi contigerit beneficiorum assecutione, præferantur.

¶ De non tollendo ius quæsitum per quamcunque Commissionem.

¶ ITEM, ne per varias, quæ pro Commissionibus, seu mādatis & declarationibus habendis, in causis, plerūque fiunt suggestiones, iustitia postponatur: idem dominus noster, decreuit, & declarauit suæ intentionis fore, quod deinceps, per quamcunque Signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel literas apostolicas, pro Commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus huiusmodi, etiam si Motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam ante motam litem, a sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciendas: nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

¶ In.xiiii.anno in Cathedralibus: In.x.autem anno in Collegiatis ecclesiis, possunt habere Canonicatus & prebendas.

¶ ITEM, quod prouisiones, seu concessiones, vel mandata de prouidendo, de Cathedralium eccle. Canonicatibus & præbendis, quæ pro quibusuis personis, si.xiiii. suæ ætatis annum non compleuerint, quomodolibet emanauerint, nisi eis, quod illos in minori ætate recipere possint, per sedem apostolicam specialiter concessum fuerit, & quæcunque dispo-

ſitiones de Canonicatibus, & prębendis, in Collegiatis eccle-
ſiis, ſi impetrantes maiores decem annis nõ fuerint, & de hoc
in impetrationibus huiuſmodi, expreſſa mentio non fiat, nul
lius roboris ſint vel momenti, & habeantur pro infectis.

¶ De infirmis eorum beneficia reſignantibus.

¶ ITEM, voluit, ꝙ ſiquis in infirmitate conſtitutus, reſigna
uerit aliquod beneficium, ſiue ſimpliciter, ſiue ex cauſa per-
mutationis, & poſtea infra viginti dies, a die per ipſum reſi-
gnantem præſtandi conſenſus computandos; de ipſa infir-
mitate deceſſerit, ac ipſum beneficium, quauis auctoritate cõ-
feratur: per reſignationem ſic factam; collatio huiuſmodi,
nulla ſit: ipſumq; beneficium nihilominus, per obitum cen
ſeatur vacare.

¶ Cui conceditur prouideri de parochiali eccleſia: debet in
telligere, & loqui idioma illius patrię.

¶ ITEM, voluit ꝙ ſi contingat ipſum alicui perſonæ de
parochiali eccleſia prouidere, ſeu mãdare prouideri, vel gra
tiam expectatiuam concedere; niſi dicta perſona intelligat,
& intelligibiliter loqui ſciat idioma loci, vbi huiuſmodi ec-
cleſia conſiſtit: prouiſio ſeu mandatũ, & gratia deſuper, quo
ad parochialem eccleſiam, nullius ſit roboris, vel momenti.

¶ De beneficio impetrato per obitum viuentis.

¶ ITEM, ſiquis ſupplicauerit ſibi de beneficio quocunq;,
tan q̃ per obitum alicuius, licet tunc viuentis vacante proui
deri; & poſtea, per obitum eius vacet: prouiſio, & quæuis
alia diſpoſitio, dicto ſupplicanti, per obitum huiuſmodi de-
nuo facienda, nullius ſint roboris vel momenti.

¶ De vnionibus, & vniorum confirmatione.

¶ ITEM, ꝙ petentes beneficia eccleſiaſtica aliis vniri: te-
neantur exprimere verum annuum valorem, ſecundum com
munem æſtimationem, tam beneficii vniendi, q̃ illius, cui vni
ri petitur: alioquin vnio non valeat. Et ſemper in vnionibus

Commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest. Et idem voluit obseruari in Commissionibus vnionum factarum.

¶ De mendicantibus, transeuntibus ad alios ordines.

¶ ITEM, de mendicantibus, qui ad alios ordines transierint pro tempore: voluit Constitutionem fe. re. Martini Papę. V. prędecessoris sui desuper factam, & in libro Cancellariæ apost. descriptam, quæ incipit. Viam ambitiosę cupiditatis, &c. firmiter obseruari.

¶ De male promotis seu ordinatis ad sacros ordines.

¶ ITEM, de clericis extra tempora a iure statuta, siue ante ætatem legitimam, aut absque dimissoriis literis, ad sacros ordines se promoueri facientibus pro tempore; etiam voluit Constitutionem piæ me. Pii Papæ II. similiter prędecessoris sui desuper æditam, & in dicto Cancellarię Apostо. libro descriptam, quę incipit. Cum ex sacrorũ ordinum, &c. pari modo obseruari.

¶ De Moneta.

¶ ITEM, declarauit idem dominus noster, quod libra Turonen̄. paruorum, & Florenus auri de Camera, pro æquali valore, in concernentibus literas & Cameram Apostolicas, cõputari, & æstimari debeant.

¶ De beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias, vel Monasteria.

¶ ITEM, pręfatus dominus noster Papa, voluit, decreuit, & ordinauit, quod quęcunque, concessiones, gratię, & mandata, etiam Motu proprio, & cum derogatione huius Constitutionis, quę ab eo, pro quibusuis personis emanauerint, de prouidendo eis de quibusuis beneficiis vacaturis, per promotionem quorumcunque, & ad Ecclesiarum & Monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones, & mandata, diem promotionis promouendorum ipsorũ pręcesserint: necnon quæcunque, collationes, prouisiones, ac dispositiones pro tempore faciende, de pręmissis, ac quibusuis aliis beneficiis ecclesia-

ſticis,ſecularibus,& regularibus,quæ per promouendos,vel aſſumendos,ad quaſcunq; prçlaturas,inter illarum vacationis,& huiuſmodi promotionis, vel aſſumptionis tempora, ſimpliciter,vel ex cauſa permutationis, vbicunq; reſignari, vel alias dimitti contigerit, cum indeſecutis pro tempore: ſint caſſæ,& irritæ,nulliusq; roboris,vel momenti.

¶ Non iudicetur,iuxta formam ſupplicationum, ſed literarum expeditarum.

¶ ITEM, cum ante confectionem literarum,gratia apoſtolica ſit informis; voluit,ſtatuit, & ordinauit idem dominus noſter,q; iudices in Ro.Curia,& extra eam pro tempore exiſtentes,etiam ſi ſint. S.R.E.Cardinales;cauſarũ Palatii Apoſtolici Auditores,vel quicunq; alii, non iuxta Supplicationum ſignatarum,ſuper quibuſuis impetrationibus,niſi in dicta Curia duntaxat,ſint Commiſſiones iuſtitiam cõtinentes, per Placet,vel per. S.R.E.Vicecancellarium, iuxta facultatem,ſuper hoc ſibi conceſſam,ſignatę: ſed iuxta literarum ſuper eiſdem impetrationibus & conceſſionibus confectarum, tenores & formas,iudicare debeant; decernens irritum,&c. & ſi literæ ipſę,per prçoccupationem,vel alias, minus bene expeditę reperiantur,ad illorum quorum intereſt inſtantiã, ad Apoſto.Cancellariam remitti poterunt per eius Officiales, quibus huiuſmodi tenores & formas reſtringere conuenit,ad formas debitas reducendę.

¶ De regulis Cancellariæ producendis.

¶ ITEM, attendens idem dominus noſter Papa,q; ſuper habendis de Cancellaria Apoſtolica regulis & Conſtitutionibus,inibi deſcriptis, faciliter per eos, qui in Ro.Curia indiguerint, ad ipſam Cancellariam recurſus dirigi poteſt, nec conſultum foret, q; ſuper earundem regularum & conſtitutionum,quas,iuxta varietatem occurrentiũ cauſarum & negotiorum, aliquotiens immutari conuenit, probando, tenore vel effectu teſtium plerunq; tenacem deſuper memoriam non habentium depoſitionibus ſtari deberet: voluit,

ſtatuit, & ordinauit, ꝙ deinceps, quilibet ex Auditoribus cauſarum Palatii Apoſtolici, & alii, etiam ſi. S. R. E. ſint Cardinales, in ipſa Curia pro tempore deputatis; authoritate Apoſtolica iudicibus, etiam in cauſis actu pendentibus, ſuper huiuſmodi tenore, vel effectu probando, duntaxat ſtet, fidemq; adhibeat cedulæ, ſeu ſcripturæ deſuper a duobus de maiori parco, quod danda ſit, a tergo ſignatæ, & etiam duobus aliis literarum Appoſtolicarum Abbreuiatoribus, in ipſa Cancellaria auſcultatæ, & domini Vicecancellarii, ſeu dictã Cancellariam Regentis, manu ſubſcriptæ, vt moris eſt. Quicquid autem ſecus fieri contigerit, nullius ſit roboris vel momenti.

¶ De ſurrogandis collitigantibus.

¶ ITEM, dominus noſter, litium ſuccidere cupiens anfractus, & ne noui, collitigantibus, aduerſarii dentur, prouidere; voluit, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ quotiens deinceps, aliquem, ſuper quouis eccleſiaſtico beneficio collitigant, emin iure, vel ad ius, ſi quod forſan eius aduerſario, in dicto beneficio cõpeterit, ſurrogari conceſſerit, dummodo præfatus collitigans, in dicto beneficio intruſus non fuerit, nec ſuper eo, contra dictum aduerſarium, poſtq̃ illud per triennium pacifice poſſederit, lis tunc mota fuerit, aliorum quorumlibet, de prę miſſo iure, ſiue tunc vacet, vel cum vacauerit: impetrationes, vel conceſſiones, etiam Motu proprio, infra menſem, ante conceſſionem huiuſmodi factæ, nullius ſint roboris, vel momenti. Et nihilominus, fe. re. Pauli ii. & Innocentii. viii. ac Hadriani. vi. Ro. Pontificum prædeceſſorũ ſuorum, veſtigiis inhærendo: cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentiũ beneficia, illorum præſertim, quibus autem propter ſenium, aut infirmitatem imminet vitæ periculum, impetrant: vt illis decedentibus, tanq̃ collitigantes in illorum iuribus facilius ſurrogentur: Voluit, vt deinceps, nullus in iure, vel ad ius, in beneficio defuncti, qđ illo viuente, in caſibus præmiſſis, vel ſimilibus, impetrauit, aliquo modo ſurrogetur: ac ſurrogatio, & gratia, Si neutri, Si nulli, ſeu nouæ prouiſionis, aut perinde valere, taliter impetranti, nullatenus ſuffrage-

tur: quod etiã, strictissimè obseruari mãdauit in impetratio-nibus beneficiorum per priuationem, & amotionem, ex quibusuis criminibus & excessibus forsan perpetratis, etiã si vsq; ad diffinitiuam sententiam, quæ tamen in rem non transiuerit iudicatam, processum foret.

¶ Non valet impetratio per obitum, nisi præcesserit congruum tempus.

¶ ITEM, voluit & ordinauit, ꝙ omnes gratiæ, quas de quibusuis beneficiis ecclesiasticis, cum cura, vel sine cura secularibus, & regularibus, per obitum quarũcunq; personarum vacantibus in antea fecerit; nullius roboris vel momenti sint, nisi post obitum, & ante datam gratiarum huiusmodi, tãtum tempus effluxerit, ꝙ interim vacationes ipsę, de locis, in quibus personæ prędictę decesserint, ad notitiam eiusdem domini nostri verisimiliter potuerit peruenisse.

¶ Non valent commissiones, nec processus causarum, super gratia, nisi literis expeditis.

¶ ITEM, ꝙ omnes & singulæ causarũ Commissiones, quas inantea fieri contigerit, obtentę; vel occasione concęssionũ duntaxat apostolicarum de beneficiis eccle. gratiarum, super quibus Aposto. literę confectę non fuerint, ac processus desuper habendi, nullius sint roboris vel momenti.

¶ De impetratione beneficiorũ vacãtium, per obitum familiarium Cardinalium.

¶ ITEM, voluit, ꝙ impetrans beneficium, vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis: teneatur exprimere nomen & titulum ipsius Cardinalis; & si ille, in curia fuerit; eius ad id, accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla. Et idem seruari voluit, etiam si dicti familiares eorundem Cardinaliũ familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem trãsierint, quo ad beneficia, quæ familiaritate priori durante obtinuerint, & in quibus, priori, ipsa familiaritate durante, ius eis competierit, ita ꝙ, quo ad illa,

Cardinales, quorum prius familiares fuerint, suum habeant adhibere consensum. Ac fe. re. Sixti. iiii. Innocentii. viii. & Hadriani. vi. Ro. Pontificum prędecessorum suorum inhę-rendo vestigiis: declarauit praesentem Constitutionem locum non habere in illis beneficiis, quae non solum ratione familiaritatis continuae commensalitatis huiusmodi; sed etiam, ratione officiorum, quae familiares ipsi, tempore obitus eorum, in dicta curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuissent, dictae dispositioni generaliter reseruata, vel affecta fuisse apparerent: necnon illos, quo ad effectum dictę Constitutionis familiares eorundem Cardinalium censeri, qui ipsorum Cardinalium familiares cōtinui commensales adminus, per quatuor menses fuisse probarentur: Decernens irritum, &c.

¶ ITEM, idem dominus noster, ad euitandum lites, & contentiones, quae ex praecedenti sua Constitutione exoriri possent: vestigiis praedecessorum suorum inhaerendo: voluit, statuit & ordinauit, ꝙ si beneficia, quae per obitum familiarium, continuorum commensalium eorundem Cardinalium, in futurum vacabunt, cessantibus apostolicis reseruationibus, ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent: in dicta praecedenti constitutione non compraehendantur, quo ad hoc, vt in prouisionibus talium beneficiorum, super expeditionibus literarū illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat: sed beneficia huiusmodi, ad collationem, & quamuis aliam dispositionem Cardinalis ordinarii collatoris, vt praefertur, libere spectare censeātur: & si apud sedem apostolicam, beneficia huiusmodi, per obitum dictorum familiarium vacauerint: tunc in prouisione huiusmodi talium beneficiorum super expeditione literarum illius Cardinalis exigatur consensus, si in Ro. curia praesens fuerit: ad quem eorūdem collatio, vel dispositio, vt praefertur, pertinere deberet.

¶ Signatura per Fiat, pręfertur illi per concessum.

¶ ITEM, voluit idem dominus noster, q concurrentibus eadem die super quocunque beneficio, per Fiat, & Concessum signaturis. Ex eis per Fiat, etiã vt petitur, habens: alteri per Concessum, etiam Motu proprio habenti præferatur.

¶ De impetrando beneficium, etiam per annum pacifice possessum.

¶ ITEM, idem dominus noster, vt improbi lites exquirentium motus reprimantur: voluit, statuit, & ordinauit, q quicunque, beneficium ecclesiasticum, tunc per annum immediate præcedentem possessum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetrauerit: nomen, gradum, & nobilitatem possessoris eiusdem, & quotannis illud ipse possedit, ac specificam & determinatam; ex qua clare poterit constare, q nullum ipsi possessori, in dicto beneficio ius competat: causam in huiusmodi impetratione exprimere, & infra sex menses, ipsum possessorem ad iudicium euocari facere, causamque ex tunc desuper, infra annum, vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue, prosequi debeat & teneatur: alioquin, impetratio prædicta, & quæcunque indesecuta, nullius existant firmitatis: & idem impetrans, de damnis & interesse, possessorem prædictum propterea contingentibus, ei satisfacere, & si possessorem ipsum iniuste, friuole & indebite molestasse repertus extiterit: Quinquaginta Florenos auri persoluere Cameræ Apost. sit astrictus: nec alius, q̃ præmissæ vacationis modus, etiam per literas si neutri, aut surrogationis, vel alias sibi, quo ad hoc, vt beneficium huiusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur: illudque, nullatenus inantea litigiosum propterea censeatur.

¶ De triennali possessore non molestando.

¶ ITEM, statuit & ordinauit idem dominus noster, q si quis, quæcunque beneficia ecclesiastica, qualiacunque sint, absque simoniaco ingressu, ex quouis titulo Apost. vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi cõfirmatione,

seu presentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, prouisio, electio, & presentatio, seu quęuis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederit, dummodo in beneficiis huiusmodi, si dispositioni apostolicæ, ex reseruatione generali in corpore iuris clausa reseruata fuerint, se non intruserit, super eisdem beneficiis taliter possessis, molestari nequeat: necnon impetrationes quaslibet, de beneficiis ipsis sic possessis, factas, irritas, & inanes, censeri debere decreuit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

¶ De Publicatione facienda in beneficiis resignatis.

¶ ITEM, idem dominus noster, statuit, & ordinauit, ꝙ quęcunq; beneficia ecclesiastica, siue in Romana Curia, siue extra eam resignata, nisi de illis factæ resignationes, si in eadem curia infra sex menses; si vero extra dictam Curiam factæ sint, infra mensem, ex tunc, vbi dicta beneficia cōsistunt, publicatę fuerint, vel possessio illorum, ab eis quos id contingit, petita extiterit, si resignantes, ista postmodū in eorundem resignatorum beneficiorum possessione decesserint, non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare censeantur. Collationes quoq;, & quęuis aliæ dispositiones, de illis, tanq̃ per resignationem vacantibus, factæ, & inde secuta; nullius sint roboris vel momenti.

¶ De non appellando ante diffinitiuam sententiam.

¶ ITEM, idem dominus noster (vt litibus finis celerius imponatur, & litigantium parcatur sumptibus & expensis) suorum prædecessorum Constitutionibus, & statutis inhęrendo: statuit, & ordinauit, ꝙ in causis, in Romana curia pendentibus, & quas imposterum, quouis modo cōtigerit agitari: nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare: nec appellatio si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quę vim habeat diffinitiuæ, vel a grauamine minime concernente negotium principale. quod non possit per appellationem à diffinitiua sententia reparari, nulliusq; causæ appellationū huiusmodi committantur, nisi in Commissione huiusmodi

exprimatur

exprimatur, ꝙ interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen ſit tale, ꝙ in appellatione a diffinitiua, nõ valeat reparari: alioquin, appellationes, & commiſſiones impoſterum, ac quicquid inde ſecutũ fuerit, nullius ſint roboris, vel momenti; Commiſſionibus appellationum, iam iudicibus præſentatis, & exhibitis, in ſuo robore permanſuris, in quibus latis ſuper eiſdem ſententiis ſecundo, vel vlterius ab eis, non liceat appellare. Appellantes vero, & appellationes, etiã ab interlocutoriis, & grauaminibus huiuſmodi, ſuo vel alterius nomine proſequentes, ſi ſuccubuerint; vltra expenſas, & damna, ad quæ reſarcienda, de iure condemnatus compellitur: Viginti florenorum auri pœna mulctentur.

¶ Commiſſioni, poſt concluſionem, non ſtetur, niſi derogetur concluſioni.

¶ ITEM, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ in Commiſſionibus, de iuſtitia ſeu mandatis, etiam Conſiſtorialibus per eum, ſeu de eius mandato, vel auctoritate, in cauſis, in quibus cõcluſum exiſtat, impoſterum concedendis, etiam ſi in eis de cõcluſione huiuſmodi, implicite vel explicite, mentio facta fuerit, nihil cenſeatur eſſe conceſſum, niſi per conceſſionem commiſſionis huiuſmodi concluſioni derogetur expreſſe.

¶ De literis expediendis.

¶ ITEM, voluit, & ordinauit, ꝙ ſi aliqui Religioſi petãt aliquod beneficium ad nutum reuocabile, cũ clauſula. Q̃d exinde pro ſolo nutu Abbatis vel ſuperioris amoueri non poſſint: literæ quo ad ipſam clauſulã, nullatenus expediantur, niſi idem. D. N. ponat in Signatura, ꝙ nõ poſſint amoueri, vel ad partem clauſulam ipſam concedat.

¶ De clauſulis ponendis in reſignatione beneficii.

¶ ITEM, ſi committatur alicui, beneficii reſignationis receptio; ponatur clauſula. Attente quoq; prouideas, &c. & ſi ex cauſa permutationis, reſignationes fiãt: ponatur clauſula. Q̃d neuter permutantium ius acquirat, niſi quilibet

ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.

¶ De supplendis defectibus.

¶ VOLVIT, ꝙ si petantur suppleri defectus in genere; nullatenus literę desuper concedantur, nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimantur, vel per Fiat vt petitur, Supplicatio signata fuerit.

¶ Derogatio iuris patronatus.

¶ ITEM voluit, ꝙ super quouis beneficio ecclesiastico de iure patronatus laicorum, non expediantur literæ, nisi ponatur expresse, ꝙ tale beneficium, tanto tempore vacauit, ꝙ eius collatio, ad sedem Apostolicam legitime est deuoluta: vel quia tempus, patronis laicis, ad pręsentandū, a iure pręfixum, lapsum existat; aut ad id patronorum ipsorum accedat assensus. Et si per ipsum, iuri patronatus huiusmodi derogari contigerit; si ius huiusmodi ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in literis prouisionis, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio, mentio facta non fuerit; nō censeatur iuri huiusmodi quomodolibet fore derogatum.

¶ De Commendis.

¶ ITEM voluit, ꝙ nulli seculari, de regulari; nec religioso, de seculari beneficiis, Commenda detur, nisi in signatura, vel per clausulam ad partem, super petitione Commendæ huiusmodi, de Commenda ipsa mentio fiat.

¶ De Reformationibus.

¶ ITEM, voluit statuit, & ordinauit, ꝙ super quibuscunq; reformationibus signatis super impetrationibus quorumcunq; beneficiorum vacantiū, vel certo modo vacaturorū, in quibus petitur, ꝙ literæ, super prima Data expediri possint: si ex huiusmodi expeditione, sub tali data, cuicunq; videatur fieri posse præiudicium: literæ huiusmodi, sub ipsa prima data, nullatenus expediantur, nisi reformationes

huiusmodi, per Fiat, & sub prima data signatæ fuerint.

¶ De beneficiis resignatis in Cancellaria, & de resignantibus beneficia; ac consensu in pensionem.

¶ ITEM, voluit, & ordinauit, quod super resignatione cuiuscunque beneficii ecclesiastici, seu cessione iuris in eo, quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri cōtigerit: Apostolicæ literæ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, si præsens in Romana curia fuerit personaliter: alioquin per procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni huiusmodi in eadem Cancellaria expresse consenserit & iurauerit, vt moris est. Et si ipsum resignantem, vel cedentem, pluries, super vno & eodem beneficio, in fauorem diuersarum personarum successiue consentire contigerit: volui... nctitas sua, quod primus consensus tenere debeat; & alii posteriores consensus, ac etiam literæ, illorum prętextu, etiã sub priori data expeditæ pro tẽpore; nullius sint roboris, vel momẽti: nec literæ reseruationis, vel assignationis, etiã Motu proprio, cuiussuis pensionis annuæ, super alicuius beneficii fructibus, expediri possint, nisi de cōsensu illius, qui pensionem prędictam persoluere tunc habebit.

¶ De ingressu religionis.

¶ ITEM, nō dentur literę super beneficiis vacaturis per ingressum religionis, nisi illę pcesserit datã desuper petitiōis.

¶ Quod non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum.

¶ ITEM, voluit, quod si petatur aliquod beneficium vacans, per modum in Cancellaria Apostolica exprimendum; talis impetratio non valeat, nec literæ desuper expediantur.

¶ Cum exprimitur nomen propriũ Iudicis, & dignitatis; Iudex per seipsum tenetur exequi mandatum.

¶ ITEM, voluit, statuit, & ordinauit, quod quotienscũque per signaturã suã, vel de eius mandato factam, super exequendis

aliquibus, cum adiectione proprii nominis, vel dignitatis, cuiusuis Iudex detur: literæ desuper expediantur, cum expressione, q idem Iudex executionem faciat per seipsum.

¶ De dispensationibus in gradibus consanguinitatis.

¶ VOLVIT, q in literis dispensationum, super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut als, prohibito; ponatur clausula. Si mulier rapta fuerit: & si scienter, ponatur clausula addita in Quinterno.

¶ Super defectu natalium.

¶ VOLVIT, q in dispensationibus super defectu nataliũ, q possint succedere in bonis temporalibus: ponatur clausula. Q đ non præiudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

¶ Super defectu ætatis.

¶ ITEM, q per quácunq; Signaturá, in quauis gratia, nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectũ huiusmodi dispensationis concernat, vel als, nihil conferat, aut operetur: & si super defectu ætatis sit dispensatio huiusmodi; de duobus dũtaxat annis dari valeat, habita prius per testes idoneos, vel als, informatione, q ad idoneitatem personæ, cui dicta dispensatio conceditur.

¶ Super defectu natalium, ex nobilibus, & graduat.

¶ ITEM voluit, q super defectu nataliũ, dentur graduatis, seu de magnis nobilibus genitis, per simplicem Signaturá, Quatuor, etiam si Canonicatus, & præbendæ Cathedralium, seu Collegiatarum ecclesiarum, & per Fiat vt petitur, Quatuor si petantur, dummodo Canonicatus, & præben. Cathedralium ecclesiarum, vel dignitates non existant.

¶ De incompatibilibus.

¶ VOLVIT, q super obtinendis incompatibilibus beneficiis, in Theologia Magistris, & in iure Canonico, vel

Ciuili, Doctoribus, & in aliis cũ rigore examinis, ac in eadem Theologia licentiatis, aut Baccalariis formatis, ac magnis nobilibus, per Fiat, Quinquennium; & addito vt petitur, quo ad vixerint, ad duo incompatibilia. Aliis vero, per Fiat, Biennium, & addito vt petitur, trienium, ad duo, dummodo nõ sint duę dignitates maiores post Pontificales seu principales, aut duæ parochiales ecclesiæ, vel tales mixtim, cum potestate permutandi, si petatur.

¶ De obtinendis duabus parochialibus ecclesiis, vel dignitatibus principalibus.

¶ ITEM, voluit & ordinauit, ꝙ per quancunqꝫ Signaturã deinceps faciendam; nulli, cuiusuis dignitatis, status, gradus, & conditionis fuerit; detur dispensatio, ꝙ duas parochiales ecclesias, vel dignitates maiores, post Pontificales, in Cathedralibus, seu principales, in Collegiatis eccl'. vel vnam, cum reliqua earum, insimul retinere valeat, nisi ipsæ Ecclesiæ parochiales, adeo cõtiguæ, & inuicem propinquæ sint, ꝙ ipsis, per vnum, commode deseruiri possit, illarumqꝫ fructus, &c. insimul vltra. xxiiii. Floreñ. auri de Camera, secũdum communem æstimationem, non valeant annuatim, & de hoc in literis dispensationis huiusmodi, expressa mẽtio fiat, vel nisi super obtinendis duabus ex huiusmodi dignitatibus vel parochialibus ecclesiis insimul, pro magnis nobilibus, magistris, vel Baccalariis in Theologia formatis, vel doctoribus seu licentiatis in altero iurium, per verba dispensamus, & de speciali Signatura sufficiẽs habeatur, & super illis parochialibus ecclesiis, huiusmodi Signatura, de parochialibus mẽtio fiat, & similiter in dispensationũ ad incompatibilia prorogationibus obseruetur.

¶ Nulli suffragetur dispensatio, nisi literis confectis.

¶ ITEM, cum concessiones, super gratiis dispensationum quarumcunqꝫ, quibusuis, per ipsum dominum nostrum concessarum vel concedendarum, per Regulas Cancel. Apostol. sint prouide limitatæ: licet aliquãdo in petitionibus super

huiusmodi cõcessionibus oblatis, multa sint petita, ne quis talium concessionum prætextu, id dispensatiue tenere, aut facere præsumat, ad quod, concessiones huiusmodi se non extendũt: voluit idẽ dominus noster, ꝙ nulla talis dispensatio, cuiq̃ suffragetur, anteq̃ sup ea literę Apost. sint cõfectæ.

¶ De non promouendis ad sacros ordines.

¶ ITEM voluit, ꝙ secum petentibus dispensari; vt ratione beneficiorum, non teneatur se facere promoueri in Ro. Cu. vel in studio, per Fiat; Septennium, alĳs vero Quinquenniũ detur, dummodo infra annũ, a tempore datę dispensationis huiusmodi, ad Subdiaconatus ordinem sint promoti.

¶ De fructibus in absentia percipiendis.

¶ ITEM, de fructibus in absentia percipiendis, detur in Romana Curia, vel in studio residendo, per quãcunq; Signaturam, Septennium, & alibi, Quinquennium.

¶ De duobus Decanatibus in Alemãnia non obtinendis.

¶ ITEM, idem Dominus noster, attendens ꝙ in Alemãnię partibus, Cathedralium, & Collegiatarum ecclesiarum Decanatibus, cum animarum cura, etiam onus incumbit Capitulo præsidenti defectus, & negligentias diuinorum, ac alios excessus corrigendi, & singula in ecclesiis ipsis, vt debito ordine dirigãtur, disponendi, & ordinandi. Qđq; non absq; graui dispendio ecclesiasticæ disciplinæ, & status ecclesiarũ ipsarum; vnus, tales plures Decanatus obtinere possit. fe. re. Pii. ii. & Iulii etiam. ii. prædecessorum suorum vestigiis inhærendo: voluit, statuit, & ordinauit præfatus Dominus noster, ꝙ nulla, per eum, vel sedem Apostolicam, cuiq̃ in dictis partibus concessa, vel per eum concedenda, de quibusuis dignitatibus, & aliis incompatibilibus beneficiis insimul obtinendis, dispensatio sibi, super duobus talibus Decanatibus insimul recipiendis, & retinẽdis quomodolibet suffragetur. Quinimmo, ꝙ quilibet huiusmodi, duos tales Decanatus insimul dispensatiue in eisdem partibus obtinens, teneatur infra annum, alterum ex illis, pro alio cõpatibili, & ꝙ talis

Decanatus nō ſit, aut ꝙ diſpenſatiue obtinere poſſit, incompatibili beneficio permutare: Alioquin, huiuſmodi anno elapſo, ille ex huiuſmodi Decanatibus, quem primo aſſecutus fuerit, vacare cenſeatur eo ipſo.

¶ De Indulgentiis.

¶ ITEM voluit, ꝙ in literis indulgētiarum, ſolum dentur Feſta per Cancellariam dari ſolita, & ꝙ durent per. 20. annos, niſi petantur pro vna die: & tunc durent perpetuo.

¶ De Clauſulis ponendis in literis Indulgentiarum.

¶ ITEM voluit, ꝙ in literis Indulgentiarum, ꝙ ſi Eccleſię ſiue Capellæ, vel al's, aliqua Indulgentia fuerit per ipſum conceſſa, de qua inibi ſpecialis mentio facta non ſit: huiuſmodi literæ ſint nullæ.

¶ Super Indulgentiis conceſſis ad inſtar.

¶ ITEM, voluit idem Dominus noſter, ꝙ literę non expediantur ſuper indulgentiis ad inſtar, niſi ſpecificentur.

¶ De temporibus Indulgentiarum.

¶ ITEM voluit, ꝙ per Fiat, ſi eccleſia Cathedralis, vel inſignis Collegiata, aut ſolenne Monaſterium fuerit, Tres; alioquin, Duo anni, & totidem Quadragenæ: & per Fiat vt petitur, Cathedrali, Collegiatę, vel Monaſterio quatuor; alias Tres anni dentur. Pro ſingulis vero diebus Octauarū, Centum dies apponantur, & pro Capella per Fiat, vnus: & per Fiat vt petitur, Duo anni concedantur.

¶ De beneficiis vacantibus, & certo modo vacaturis.

¶ ITEM, voluit, & ordinauit, ꝙ in gratiis beneficialibus, de vacantibus, aut certo modo vacaturis factis quibuſlibet: ſi plura petantur beneficia, vnum, cuiuſcunq; annui valoris, per ſimplicem ſignaturā, & addito vt petitur, Duo, aut Tria, & non vltra, beneficia petita veniant, dummodo etiam illorum fructus, &c. Centum libras Turoneñ. paruorum, ſecundum communem æſtimationem, ſiue tantundem in alia moneta, non valeant annuatim.

¶ De valore beneficiorũ exprimendo in impetrationibus.

¶ ITEM, voluit, ꝙ in gratiis, quas quibusuis personis, de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis, fieri contigerit; illorum, & aliorum quorumcunque beneficiorũ, quae dictae personae tũc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit prouisum, vel concessum, aut mandatum prouideri: verus annuus, per Marchas argenti, aut Sterlingorum, vel libras Turoneñ. paruorũ, seu Florenos auri, aut Ducatos, vel vncias auri, seu aliam monetam, valor, secundum communem aestimationem, exprimatur, nisi personę prędictę, beneficia, quę tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quae ius, eis cõpetit, iuxta ipsarum oblationes, vel alš, dimittere teneantur: alioquin, gratiae praefatae sint nullae. Et idem seruetur in gratiis, quas a Sanct. sua, Motu proprio emanare cõtigerit, quo ad beneficia, de quibus per Sanct. suam pro tempore prouidetur, seu prouideř. mãdatur, aut alš disponitur, ac literis, per quas etiam pro tempore, ac Ecclesiarum Patriarchaliũ, Metropolitanarum, & Cathedralium, ac Monasteriorum regimina, promotis conceditur, ꝙ Monasteria, & alia beneficia ecclesiastica, secularia, & regularia, per eos obtenta, & quibus, & ad quae ius eis competit, retinere possint.

¶ De clausulis in beneficiis vacantibus ponendis.

¶ VOLVIT, & ordinauit, ꝙ quando prouidet, seu mãdat prouideri alicui de beneficio ecclesiastico vacante: tunc dari poterunt clausulę si petantur, etiam si illud, quouis modo, &c. seu per Constitutionem Execrabilis vacet, specialiter reseruatum, inter alios litigiosum sit, & eius deuoluta collatio fuerit: & si pro collitigante; vel surrogationem, aut si neutri, vel si nulli, &c. petẽte, si tunc lis specifice exprimatur; nec detur aliqua gñalis reseruatio dispositiue, nisi desuper in concessione specialis, & expressa, ac pure & non sub conditione, mentio fiat, & tunc reliquae reseruationes ibi contentae veniant. Si vero tempore expeditionis inde literarũ, generalis reseruatio huiusmodi probari non possit, aut in nouis prouisionibus, seu pro collitigantibus, si neutri, vel si

nulli, &c. sit expressum, quod ab aliquibus asseritur, illum, cuius beneficium cōceditur, Collectorem, Subcollectorem, Abbreuiatorē, vel Familiarem, &c. fuisse, clausula ponatur: etiam si dictum beneficiū, ex eo, ꝙ talis Collector, vel Subcollector, Abbreuiator, seu Familiaris, &c. fuit, dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatum existat, dummodo non sit in eo alicui specialiter ius quæsitū. In reliquis vero, nulla clausula detur, vnde Reseruatio generalis elici possit, nisi desuper signatura per duplex fiat signata sit, aut reformatio, vel alˢ, specialiter habeatur.

¶ Qualitates beneficiorum exprimantur in impetratione.

¶ ITEM voluit, ꝙ super beneficiis ecclesiasticis, de qualitatibus illorum, videlicet, an dignitates, personatus, vel officia sint, eisq; cura immineat animarum, & qui ad illa cōsueuerint per electionem assumi, mentio fiat, alˢ, gratiæ desuper factæ sint nullæ. Et si qualitates huiusmodi, affirmatiue, vel conditionaliter non exprimantur; negatiua expressio desuper fiat in beneficiis: quæ tales qualitates, vel ex eis aliquas consueuerunt habere.

¶ De beneficiis vacantibus per contractum matrimonii.

¶ ITEM, si reseruetur beneficium per contractū matrimonii, non dentur alii modi vacationū de futuro, nec censeatur beneficium reseruatū specialiter, vel affectum, nisi sequatur matrimonium, sed in beneficiis per promotionem, vel assecutionem, aut ingressum religionis vacaturis, ponatur clausula: etiam si non petatur, cum beneficia huiusmodi, præmisso, vel alio quouis modo, &c. præterꝗ per obitum obtinentis, vacare contigerit, etiam si vacet.

¶ De religiosis recipiendis, quæ clausulæ dabuntur.

¶ ITEM voluit, ꝙ si petatur aliquem in Religiosum recipi, & sibi de quouis beneficio ecclesiastico prouideri per simplicem Signaturam Fiat; receptio huiusmodi, duntaxat detur, adiecto, si petens idoneus sit, & aliud Canonicum non

obſiſtat: & exprimatur, ſi certus numerus regularium ſit ibi-dem, cui etiam non derogetur, niſi expreſſe concedatur. Et ſi numerus ipſe non exiſtat: ponatur, dummodo receptionis locus huiuſmodi nimium propterea non grauetur.

¶ De tráſlatione Religioſorũ, & impetratione beneficiorum.

¶ ITEM, ſi Regularis petat ſibi de beneficio, ab aliquo Monaſterio, vel alio regulari loco dependente, prouideri, & appareat ex petitione huiuſmodi, quod alterius Monaſterii, vel loci religioſus ſit, licet inibi tranſlatio non petatur; Nihilominus illa veniat.

¶ De clauſulis, Si eſt ita.

¶ ITEM, quod in literis ſuper beneficiis, per Conſtitutionem Execrabilis vacantibus: ponatur clauſula; Si eſt ita. Similiter, de quibuſcunque narratis informationem facti requirentibus.

¶ Petenti prouideri de vacaturo: detur literę de vacaturo.

¶ ITEM, petenti ſibi prouideri de vacaturo; dentur literæ de vacaturo: & e conuerſo, prout expedierit impetráti.

¶ Executoriales dentur ſub Bulla.

¶ VOLVIT, & ordinauit, quod mandata Apoſtolica, ſuper ſententiis in Romana Curia latis, executioni demandãdis: ſub Bulla expediantur, al's, ſint nulla.

¶ Reuocatio Decimarum, Impoſitionum; & Suſpenſio Indulgentiarum.

¶ ITEM, reuocauit quaſcunque Decimarum, ſubſidiorum vigeſimæ, & aliorum onerum, impoſitiones, quæ a præfato Clemente prædeceſſore ſuo, ex quauis cauſa, etiam in ſubſidium expeditionis contra Turcas, & alios Orthodoxę fidei hoſtes, emanarunt; & quaſcunque facultates, ſuper Decimarũ vigeſimę, & onerum huiuſmodi exactione, quibuſuis fructuũ, & prouentuum Cam. Apoſt. debitorum, Collectoribus, & Apoſtolicæ ſedis Nunciis, ab eodem prædeceſſore cõceſſa;

Ap-

Suspendit quoq; ad suæ Sanct. & sedis Apostolicę beneplaci tum, quascunq; plenarias indulgentias, ab eodem prædecessore, ex quauis causa etiam expeditionis huiusmodi cõcessas, quę per Nuncios, vel Quęstores deferebantur, necnõ deputandi, & eligendi Confessores, qui plenarie absoluant, & aliã faciant, ad earundem indulgentiarum suspensarũ effectum. Reliquasue facultates, ipsas indulgentias quomodolibet concernentes, præterq̃, quo ad ea, in quibus indulgentiæ, & facultates ipsę, in aliqua sui parte sunt sortitæ effectũ, ita vt illis, qui implentes iniuncta eis, indulgentiarum huius modi iam consecuti sunt facultatem eligendi Confessorem, qui absoluat eos plenarie in mortis articulo, per huiusmodi suspensionem non præiudicentur, quin facultate ipsa, vti possint in futurum. Decreuit quoq; irritum & innane, quicquid facultatum reuocatarum, earundem pretextu, imposterum contigerit attentari.

¶ Reuocatio percipiendi precium officiorum, &c.

¶ ITEM, reuocauit, cassauit, & anullauit, ac irritas declarauit, quascunq; facultates percipiendi precium officiorum Rom. Curiæ pro tempore vacantium, in toto, vel in parte, ac quasuis collationes, & concessiones, aliasq; dispositiones, per fe. re. Clementis Papę. vii. prędecessorem suum, de dictis officiis, etiam ex die collationum, concessionum, & dispositionum eorundem in antea vacaturis, in fauorem quarumcunq; personarum, Ecclesiarum, Monasteriorum, piorũ locorum, Collegiorum, seu eorum mensarum, etiam perpetuo, etiã in vim Contractus, & ex titulo onerofo, ac sub alia quauis verborum forma, quam, & prçmissorum tenores pro expressis haberi voluit, cõcessas, & factas, quo ad officia, quæ post obitum ipsius prædecessoris vacarunt, & imposterum quomodolibet vacabunt.

¶ Quod vigore clausulæ maioris valoris, fructus in tertia parte augeri possint.

¶ ITEM, cum nonnulli, in impetrationibus beneficiorum

ecclesiasticorum pro tempore vacãtium,& certo modo vacaturorum, asserendo illorum fructus,&c. certũ per eos expressum annuum valorem non excedere, nõnunq̃ obtinet a Sanct.sua, vt huiusmodi valorem annuum augere possint, vt verius possit in confectione literarum, super huiusmodi impetratiõibus, summa, ac valor ipse annuus exprimi, aliter desuper non specificato, ne de virtute huiusmodi concessionis imposterũ hæsitari contingat: declarauit prætextu concessionis huiusmodi, valorem ipsum, vsq; ad tertiam partem valoris expressi, & in prima, quæ desuper fiet literarum expeditione duntaxat augeri posse: & eas, quas literis iam expeditis, cum expressione valoris specificati, aut non integro augmento prędicto, denuo desuper expediri contigerit, literas cũ aliquo augmento valoris huiusmodi, nullíus esse roboris, vel momenti, etiam si Motu proprio, beneficiales gratię, & dispositiones quæcunq;, a Sanctitate sua emanarent.

¶ Clausula absolutionis, non suffragetur Falsificatoribus, & impedientibus Nuncios Apostolicos.

¶ ITEM, ne personis, pro quibus literę suę. S. emanabunt, ob generalem absolutionem, a censuris ecclesiast. quibus ligatæ forent, ad earundem effectum indifferenter concedi, & in literis Apost. apponi solitam, præstetur occasio Censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis; statuit, & ordinauit huiusmodi Absolutionem, & Clausulam, in literis, quas in futurum, cum illa concedi continget, nõ suffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiariis, violatoribus Ecclesiarum, Falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas, & Supplicationes Apostolicas, & illis vtẽtibus Receptoribus & fautoribus eorũ, ac res vetitas ad infideles deferentibus, Violatoribus Ecclesiasticæ libertatis, via facti, ausu temerario Apost. mandatis non obtemperãtibus, & Nuncios, & Executores Apost. sedis, & eius Officialium, eis commissa exequentes impedientibus, qui propter p̃missa, vel aliquod eorum, excommunicati a iure, vel ab homine, per quatuor menses, scienter excommunicationis sententiam huiusmodi

ſuſtinuerint: & generaliter quibuſcunq; aliis, qui cenſuris aliquibus, etiam aliis, q̃, vt præfertur, quomodolibet ligati, in illis per annum continuum inſorduerint.

¶Officiales, nihil exigant vltra debitum.

¶ITEM, idem Dominus noſter, intendens exactionibus, quas Sanct. ſua, nõ ſine diſplicentia, plerunq; fieri intellexit, per Officiales Romañ. Curię, qui conſtitutis ſibi emolumentis, pro exercitio officiorum quæ obtinent, non contenti, vltra a proſequentibus negotiorum quorũdam expeditionem, in eadem exigere non verentur, obuiare volens, diſtricte præcipiendo inhibuit omnibus & ſingulis, quæuis Officia, in eadem Curia obtinentibus, ne de cætero, quic q̃ prętextu Officiorum, quæ obtinent, quouis colore, etiam celerioris expeditionis, vltra emolumenta huiuſmodi exigere, ſeu ad hunc effectum expeditionem eorum, quę in eis incumbunt, malitioſe differre pſumãt, ſub excommunicationis, & præter illam, ſuſpenſionis a perceptione emolumentorum huiuſmodi, pro prima, ad Semeſtre, & pro ſecunda, ad annũ, & pro tertia vicibus, quibus ſic excederent, priuationis officiorum per eos obtentorũ, in quibus ſic exceſſerint, pœnis. Ac voluit, q̃ S. R. E. Vicecancellarius, Camerarius, & maior Pœnitentiarius, excedẽtes ipſos reſpectiue, prout eis ſubſunt, per ſubtractionem emolumentorum eorundem, ac aľs, vt prętermittitur, compellant ab huiuſmodi illicitis exactionibus abſtinere, & contra eos per prædictas pœnas, & alias, prout melius viderint expedire, procedant.

¶Q đ Cardinales non compræhenduntur ſub Regulis poſt hanc primam expeditionem faciendis.

¶ITEM, cum S.R.E. Cardinales ipſi Sanctiſſimo Domino noſtro aſſiſtant: & propterea debeant ſpecialibus prærogatiuis, & priuilegiis gaudere: idem Dominus noſter ſtatuit, ordinauit, decreuit, & declarauit, q̃ in quibuſcunq; Conſtitutionibus, & Regulis, per Sanct. ſuam impoſterum, poſt hanc primam editionem, & ſuarum Conſtitutionum, & regularũ

publicationem faciendis; non includantur ipsi Cardinales, nisi illæ eorundem Cardinalium fauorem concernant, vel ipsæ Constitutiones edendę, de eorundem Cardinalium vel maioris partis eorum consilio, editę fuerint.

¶ DE POTESTATE REVEREN. DOMIni Vicecancellarii, & Cancellariam Regentis.

¶ Absolutio eorum, qui in Supplicationibus, vel literis ignoranter scribunt.

PRIMO, ꝙ possit committere absolutionem illorum, qui ignorãter in Supplicationibus, vel in literis Apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent.

¶ Q̃d possit corrigere nomina, & cognomina.

¶ ITEM, ꝙ possit corrigere nomina, & cognomina personarum, ác beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

¶ Q̃d possit committere omnes causas.

¶ ITEM, ꝙ possit omnes causas beneficiales, etiã nõ deuolutas, committere in Curia, cum potestate citandi ad partes.

¶ Q̃d possit aggrauare processus, & sententias.

¶ ITEM, ꝙ Processus, auctoritate ap̃lica decretos, aggrauare possit, cum inuocatione brachii secularis, & sententias executioni demãdari facere cõtra intrusos, & intrudendos, per literas Apostolicas desuper conficiendas, & non al's.

¶ De Conseruatoriis.

¶ ITEM, ꝙ possit concedere, quibusuis petentibus, Conseruatorias per Triennium, in forma.

¶ De celebrando ante diem in locis interdictis.

¶ ITEM, ꝙ possit, quibuslibet nobilibus personis petentibus, dare indultũ de celebrando, & celebrari faciendo ante diem in locis interdictis, & per Triennium, reconciliari faciendo Eccl', & Cimiteria polluta in forma.

¶ Quibus cōcedi possit Indultū de fructibus percipiendis.
¶ ITEM, Protonotariis,& literarum Apost. Scriptoribus,ac de quibus,iuxta illorum sufficientiam, & idoneitatē sibi videbitur, Abbreuiatoribus sua officia in Rom. Curia pro tempore exercentibus, indultum de percipiendis in absentia suorum beneficiorum fructibus, etiam si alias eis tale indultum,quauis auctoritate concessum fuerit.

¶ Quibus conceditur Altare portatile.
¶ Dominis terrarum, & locorum, necnon Abbatibus, & per Priores gubernari solitorum Monasteriorum Prioribus,& Superioribus, Prælatis,& magnorum Principum Consiliariis, Altare portatile in forma.

¶ Q đ possit admittere resignationes.
¶ ITEM, ꝙ possit admittere,& recipere Resignationes beneficiorum Ecclesiast.quorumlibet, etiā generaliter vel specialiter,reseruatorum,simpliciter,vel ex causa permutationis,& desuper, Supplicationes per Concessum signare pro literis Apostolicis inde conficiendis,vt moris est.

¶ Q đ possit signare Supplicationes.
¶ ITEM, ꝙ possit signare Supplicationes duorum Referendariorum manibus signatas, de nouis prouisionibus, si neutri,& surrogationibus pro collitigañ. in quibus nō detur clausula generalem reseruationem importans.

¶ De signandis prouisionibus.
¶ ITEM, ꝙ possit signare Supplicationes,etiam manibus duorum Referendariorū signatas,de beneficiis Eccl. vacantibus,secularibus,& regularibus, dispositioni aplicę generaliter non reseruatis; quorū cuiuslibet,valor.C.Floreñ. auri da Cam̃.vel totidem libr̃.Turoneñ.par.seu totidem,in alia moneta,secundum commnnem æstimationem,valorem annuum non excedat.

¶ Super defectu natalium.
¶ ITEM, ꝙ possit signare Supplicationes manu vnius

Referendarii signatas, super defectu natalium, ad omnes sacros ordines: & duo beneficia ecclesiastica, cum cura, vel sine cura, se inuicem compatientia, etiã si Canonicatus, & præbendę, vel officia Collegiatarum Ecclesiarum fuerint.

¶ Super defectu ætatis.

¶ ITEM, ꝙ in gratiis Expectatiuis, concedere possit, ad obtinenda beneficia, dignitates, personatus, administrationes, vel officia curata, defectum ætatis patientibus, qui. 20. suæ ætatis annum peregerint, & de quibus sibi, ꝙ al's, ad hoc idonei sint, fides facta fuerit, ꝙ huiusmodi eorum gratię, ad ipsa beneficia, dignitates, personatus, administrationes, ac officia valeant, suumq; sortiantur effectum, & ꝙ illarum vigore, quamprimum ad ætatem legitimam peruenerint: huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes, vel officia acceptare, & de illis sibi prouidi facere, ac ea recipere, & retinere possint, & valeant.

¶ De Reformationibus.

¶ ITEM, ꝙ in Expectatiuis, & beneficiis generaliter, vel specialiter non reseruatis; impetrationum quarumlibet reformationes, de non obstañ. & dispensationum omissarum, ac beneficiorum valoribus, & qualitatibus, nataliumq; defectibus, signare possit.

¶ Super defectu ætatis pro Magnatibus.

¶ ITEM, ꝙ in Expectatiuis, pro Nobilibus, vel Graduatis, saltem. 20. annos habentibus, & ad obtinenda beneficia, dignitates, personatus, administrationes, vel officia cũ cura, defectum ætatis patientibus, ad illa dispensationũ supplicationes signare possit de duobus annis.

¶ De maioribus præbendis.

¶ ITEM, ꝙ sufficientibus, & idoneis, ac de quibus, ꝙ tales sint, ei facta fides extiterit, in expectatiuis signare possit ad maiores Ecclesiarum præbendas, in quibus, iuxta illarũ statuta, & consuetudines, de minoribus ad maiores, graduatim debet fieri ascensus.

¶ De

¶ De protogationibus suscipiendorum Ordinum.

¶ ITEM, quod possit ad Ordines suscipiendos arctatis prorogare terminos de dictis suscipiendis Ordinibus, usque ad proxima, tunc a iure statuta tempora, in quibus sic arctati successiue, ad ipsos Ordines promoueantur.

Placet publicetur, & describatur. A.

¶ Lectae & publicatae fuerunt suprascriptae Regulae, Ordinationes, & Constitutiones Romae, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicae. M. D. XXXIIII. Die vero Iouis quinta Mensis Nouembris. Pōtificatus praefati. S. D. nostri, Anno primo.

Fe. de Caesis Electus Tudertiñ. Custos.

¶ Regula reseruationis mensiū Apostolicorū, usque ad concessionem Expectatiuarū: & quod in impetrationibus debeat fieri mētio de mense in quo beneficiū vacat.

SAnctissimus in Christo Pater, & Dominus noster. D. Paulus, diuina prouidentia Papa III. qui praedecessorum suorum vestigiis inhęrendo, gratias Expectatiuas, pauperibus, & aliis clericis secularibus & regularibus, ī principio mensis Maii proxime futuri concedere disposuit. Cupiens interim (donec prima generalis expeditio gratiarum earundem, per S. suam concedendarum fiat) pauperibus eisdem, & aliis benemeritis personis, de beneficiis ecclesiasticis prouidere: omnia & singula beneficia ecclesiastica, cū cura, & sine cura, qualitercunque qualificata, secularia, & ordinum quorumcunque regularia, vbilibet existentia: in singulis Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulii, Augusti, Octobris, Nouembris, mensibus, donec eadem generalis expeditio fiat; al's quam per resignationem extra Romanam curiam vacatura, ad collationem, praesentationem, electionem, seu quāuis aliam dispositionem quorumcunque Collatorum, & Collatricum, secularium, & regularium, non tamen. S. R. E. Card.

nec sub concordatis inter sedem Apostolicam, & quoscūq; alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerunt, acceptatis, & obseruatis, quę lædere non intendit, cōpræhensorum, quomodolibet pertinentia, dispositioni suę generaliter reseruauit: & voluit ꝙ in Supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiā Motu proprio fient, de mense in quo vacauerint dispositiue, mentio fiat: alioquin gratiæ huiusmodi sint nullæ.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ. M. D. XXXIIII. die Martis. xv. mensis Decembris. Pontifica. eiusdem S.D.N.D. Pauli, diuina prouidentia Papæ. III. Anno primo.

Fe. de Cæsis Electus Tudertiñ. Custos.

¶ Constitutio, siue Declaratio Regulæ. S.D.N. Pauli, diuina prouideñ. Papę. III. qua Referendarii, & alii Romañ. Curiæ Officiales; eiusdem Sanct. suæ, ac Romañ. Pont. pro tēpore existeñ. veri familiares, & cōtinui Commensales, esse censentur.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAnctissimus in Christo Pater, & D.N.D. Paulus, diuina prouidentia Papa Tertius, prouide consyderans retroactis tēporibus, pluries dubitatū fuisse, an Referendarii, & alii Officiales ex Palatio Apostolico pane habentes; Secretarii Apostolici: Literarum Apostolicarum Scriptores: Cubicularii: Milites S. Petri, cæteriq; Officiales Sanctitati suę, seu Ro. Pont. pro tempore existeñ. in eodem Palatio deseruientes, aut custodiam facientes fuerint, & sint Sanctitatis suæ, & Romanorum pro tempore Pontificū, veri, & indubitati, & non per priuilegiū, familiares cōtinui Commen

sales. Et sanctitas sua, huiusmodi ambiguitatem in futurũ tollere volens: ex certa scientia, decreuit, Referẽdarios, & alios Officiales ex dicto Palatio panẽ habentes, Protonotarios; Subdiaconos: Auditores Rotæ: Accolitos: Scutiferos: Secretarios: Literarum Apostolicarum Scriptores: Cubicularios, ac Milites. S. Petri, reliquosq; Officiales, eidẽ Sanctitati suæ, & Ro. Pont. pro tempore existeñ. in Palatio deseruientes, aut custodiam facientes (licet in eodem non habitauerint, nec habitent, nec forsan habitabunt, nec in Tinello comederint, nec comedant, nec in futurum forsan comedent imposterum) veros, & indubitatos Sanctitatis suę, & Ro. pro tempore Pontificum, & nõ per priuilegium, nec ficte, Familiares continuos Commensales, censeri, reputari, & esse, ita vt Regulis tam editis, q̃ edendis, de veris Familiaribus, & continuis Commensalibus suę Sanctitatis, & Rom. pro tempore Pontificum loquentibus, imposterum potiãtur, & gaudeant, ac eis quoq;, quo ad omnia subiiciãtur, etiã ad hoc, vt Sanctitas sua, & alii Pontifices, occurrentibus vacationibus beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum, & obtinendorum qualitercunq; qualificatorũ, per obitum eorundem in Romañ. Curia, vel extra eam, ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliã dispositionem quorũcunq; Collatorũ, & Collatricũ, cõmuniter, vel diuisim pertineñ. prouidere, & de illis disponere, libere, & licite valeãt, in omnibus, & per omnia, ac si Referendarii: Secretarii: Scriptores, & alii Officiales huiusmodi, ac Seruientes supradicti in Palatio habitassent, & in Tinello, vere & realite, comedissent: & ita per quoscũq; Iudices, etiã Sanctæ Ro. Ecclesiæ Cardinales, & Sacri Palatii Apostolici causarum Auditores, de cętero iudicari, & interpretari debere, statuit: Sublata eis aliter interpretandi, & iudicandi potestate: Decernens irritum, & inane &c. constitutionibus, & ordinationibus, & regulis Apostolicis: Priuilegiis quoq;, & indultis, tam ordinariis Collatoribus, q̃ quibuscũq; aliis personis, cuiuscunq; dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existant, concessis, & cõcedendis, cum quibusuis clau-

ſulis derogatoriarum præſeruatiuis, reſtitutiuis, irritatiuis, annullatiuis, & aliis decretis (quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pro expreſſis habere vo luit) cæteriſq; in contrariū facieñ. non obſtañ. quibuſcūq;.

Placet publicetur, & deſcribatur. A.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Conſtitutio, ſiue Declaratio, Romæ, in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ. Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo Quarto. Die Martis. XXII. Menſis Decembris. Pontifi. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Dñi noſtri. D. Pauli, &c. Papæ Tertii. Anno Primo.

¶ Regula Reualidationis, ſeu reductionis facultatū, conceſſionum. & indultorum, Legatis in terris eccleſię conceſſorū, iuxta diſpoſitionem iuris communis.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & dñs N.D. Paulus, diuina prouidentia Papa III. attendens, ꝙ ſedis Apoſtolicę Legati de latere, in prouinciis Rom. Eccl. immediate ſubiectis deputati, vigore ſpecialium facultatum, eis ab eadem ſede conceſſarum; ſæpius perſonis ſuarum Legatioñ. per importunitatem petentium, aut alſ, multa cōcedunt, a quibus ſua Sanct. abſtinet; quod a ratione alienū videtur: volenſq; in præmiſſis ſalubriter prouidere: veſtigiis ſuorum prædeceſſorum, & maxime fe. re. Iulii. ii. & Clementis. vii. inhærendo: ex præmiſſis, & aliis rationabilibus cauſis animū ſuū mouentibus: omnes & ſingulas facultates, conceſſiones, ac indulta quæcunq;, ſub quibuſcunq; tenoribus, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, quibuſuis Legatis de latere, in Prouinciis, Ciuitatibus, & locis eidem Rom. Eccl. immediate ſubiectis, deſtinatis, & deputatis, etiam ſi ex ipſius Rom. Eccl. Card. fuerint: auctoritate Apoſtolica conceſſas, & conceſſa; cauſas beneficiales, & ſpirituales duntaxat concernentes, & concernentia; ad diſpoſitionem iuris communis reduxit, ita vt ipſi Legati, quo ad illas cauſas, eorū facul-

ratibus,quantum eis a iure communi conceditur,& non alis, vti possint: decernens irritum,& inane, quicquid secus earundem facultatum prætextu,a dictis Legatis, vel quibuslibet aliis,quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Facultates autem,iurisdictioné, & gubernationem temporalem Prouinciarũ, eisdem Legatis commissarum,in suo robore permanere voluit.

¶Regula de infirmis resignantibus, & infra viginti dies decedentibus.

¶ITEM, idem S.D.N. qui per certam Constitutionem suam, in crastino suæ assumptionis ad summi Apostolatus apicem editam, voluerat, ꝙ siquis in infirmitate constitutus, resignasset aliquod beneficiũ simpliciter, siue ex causa permutationis: & postea infra.xx.dies,a die per ipsum resignantem præstandi consensus,computandos,de ipsa infirmitate decessisset,ac ipsum beneficium conferretur:per resignationé sic factã: Collatio huiusmodi nulla esset,ipsumq; beneficium nihilominus,per obitũ censeretur vacare: Voluit,& declarauit,ꝙ siquis resignans, aut alis quomodolibet dimittens beneficiũ,aut illius Commendæ cedens,seu ipsius beneficii vnionis dissolutioni cõsentiens,etiam vigore supplicationis desuper,dum esset adhuc sanus, signatæ, & post datam eiusdem supplicationis in infirmitatem incidens, ac infirmus existens,coram Cameræ,vel Cancellariæ Apostolicæ,aut quocunq; alio Notario,resignationi,vel dimissioni,aut Commendæ,vel vnionis dissolutioni huiusmodi cõsensum, sine quo literæ Apostolicæ per Cameram vel Cancellariam expediri non possint, præstiterit: & deinde infra xx.dies decesserit,cũ alias,per præmissa,Constitutioni prędictæ,fraus fieri possit,& iuxta ipsam Constitutionem,dicti xx.dies, a die per ipsum resignantem præstandi consensus, computari debeant,eidem Constitutioni, etiam in casibus prædictis locus existat: Decernens sic per quoscunq; Iudices,& Cõmissarios,quauis auctoritate fungentes etiã.S.R.E. Cardinales, & Palatii Apostolici causarũ Auditores,inter-

pretari, sententiari, & iudicari debere: ac irritum, & inane, si secus, &c.

¶ Regula de Consensibus praestandis.

¶ ITEM, idem S.D.N. ad obuiandum fraudibus, quae in retardatione annotationis consensuum in Cancellaria, vel Camera Apostolica praestandorum, in libris Cancellariae, vel Camerę huiusmodi, de more faciendis, nonnunq̃ committi solent: vestigiis praedecessorum suorum inhęrendo; voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ omnes & singuli consensus, in quascunq; resignationes, & cessiones, ac vnionum dissolutiones, aliasq; dispositiones, pro literarum Apostolicarum desuper expeditione necessarii, vigore Supplicationum super illis pro tempore signatarum, coram Notariis Cancellarię, vel Camerae, de caetero quomodolibet praestandi; debeant per eosdem Notarios de illis rogatos, infra .xv. dies, post missionem ipsarum Supplicationum ad Registrum, vel Summistam, sub excommunicationis latae sententię poena, in ordinariis, & authenticis libris, scribi, & annotari. Diem autem missionis dictarum Supplicationũ ad Registrum, vel Summista annotabit Datarius pro tẽpore in calce Supplicationũ consensum aliquẽ requirentium, per haec verba, videlicet. Missa die tali. N. Datarius. Quę verba, voluit ad plenã probationẽ missionis ꝑdictę sufficere. Pręterea, voluit, ꝙ Notarii de talibus cõsensibus rogati, in annotatione illorũ in dictis libris faciẽda: teneãtur de die missionis hmôi, sicut de dat. Supplicationũ, expressam mentionem facere, vt die pręstationis consensus, & die missionis Supplicationũ huiusmodi simul iunctis, ex illorum inspectione, euidenter appareant ipsi consensus infra tempus praedictum in dictis libris annotari. Et Notarii requisiti de caetero, de ponendo aliquos consensus in libris praedictis; si ex inspectione dierum pręstationis consensuum, & missionis Supplicationũ, viderint dictum tempus ad annotandũ consensus, vt praefertur, praefixum, esse lapsum: tales consensus in dictis libris annotare, sub eadem excõmunicationis latae sententiae poena, nullatenus praesumant; & nihilominus, annotatio de

illis, post tempus prædictum, pro tempore facta, ipsiq; consensus, taliter annotati, ac instrumẽta desuper pro tempore confecta, viribus omnino careāt, nulliusq; sint roboris, vel momenti. Narratiua quoq;, per verbum hodie, vel nuper, in literis Apostolicis, super materiis ad quarum expeditionem consensus aliquis requiritur, pro tempore expeditis, posita, contra præmissa minime attendi debeat; nec aliquē effectum operetur; Decernens sic, per quoscunq; Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, interpretari, ac iudicari debere: ac irritū, &c. si secus fiat. Insuper voluit, ꝙ dicti Notarii, qui in pręmissis, aut aliquo præmissorū neglīgentes, vel culpabiles fuerint: vltra dictam excōmunicationis sententiam, pro prima vice, suspensionis a perceptione emolumentorum officiorum, ad tres Menses, per Datarium præfatum irremissibiliter exigendorū, & Fabricæ Basilicæ S. Petri de vrbe, ꝑplicandorū, & si secundario deliquerint, ipsorum officiorum priuationis pœnas incurrant eo ipso.

¶ Regula de extensione Consensuum.

¶ ITEM, idem S.D.N. cui innotuit, ꝙ Notarii Cameræ, & Cancellariæ Apostolicę, qui consensus in resignationes, & cessiones vigore Supplicationū desuper signatarū, corā cis præstitos, infra certū tēpus, iuxta constitutiones desuper editas, in ordinariis, & authenticis libris, scribere, & annotare tenebātur; vidētes nōnunq̄ illos, infra tēpus huiusmodi, in eisdē libris minime annotatos, loco ipsorū cōsensuū dabant partibus instrumenta resignationū & cessionū, ac literarum Apostolicarū expeditionis Pręsidentes, exhibitis coram eis huiusmodi instrumentis, literas super dictis resignationibus & cessionibus illas admittendo, vel admitti mandādo, absq; eo, ꝙ ipsi Notarii, dictos consensus a tergo ipsarū literarum apposuisset, tam per Cancellariam, q̄ Camerā expediebāt. Quodq; nōnulli iudices Romañ. Curię Transumpta Supplicationū, super prouisionibus beneficiorum, & aliis gratiis signatarum & registratarum, ac illarū prætextu, literas, & mādata de adipiscenda possessione beneficiorū in illis expressorum, anteq̄ literæ Apostolicæ super hmōi

Supplicationibus expeditę essent, cócedebant: Volens abusibus, & fraudibus huiusmodi, cógruis remediis obuiare: inhibuit, tam Cancell. & Cam. prędictarũ, q̃ aliis quibuscunq; Notariis, sub excomunicationis, &. xxiiii. Duc. per Datariũ nostrũ ab eis, & eorũ singulis, irremissibiliter exigendorum, & Fabricæ Basilicæ sancti Petri de Vrbe, applicandorũ eo ipso, quotiens contrafecerint, incurrendis pœnis: ne de cętero instrumenta resignationum, siue cessionum beneficioꝝ vel officiorum, in dicta Curia, etiam siue Supplicatione pro tempore factarum, seu consensuũ curam eis præstitorũ (nisi ipsi consensus, in dictis libris sint legitime scripti, & annotati) partibus tradere: Ac dictis Pręsidentibus: ne, pretextu dictorũ instrumentorũ; literas Apostolicas, super resignationibus & cócessionibus prędictis cũ illarũ admissione, dicendo ꝙ de illis per publica documenta extitit legitime facta fides, vel mandando illas admitti, constito ꝙ corã Notario & testibus, in dicta Curia factæ sint, de cætero expediri: necnõ qbusuis Iudicibus dictę Curię, quauis auctoritate fungentibus, ne Trãsumpta Supplicationũ Apostolicarũ, neue literas, seu mandatũ ipsaꝝ Supplicationũ vigore, possessionem beneficiorũ ecclesiasticorum appræhendendi, dare, & concedere quomodolibet præsumãt: Decernens irritũ, &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lectæ & publicatæ fuerunt suprascriptę Regulę, Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ. M. D. XXXIIII. Die vero Mercurii. 23. mensis Decẽbris, Pont. pręfati. S. D. N. Pauli, diuina prouidentia Papę. III. Anno Primo. ¶ Fe. de Cæsis Electus Tudertiñ. Custos.

¶ Deputatio executorum, facta in persoñ. D. Datarii, & Cancellarię Apost. Regentis, super reformatione Officialium Romanæ Curiæ.

MOtu proprio, &c. Cum dudum fe. re. Leo Papa. X. Prædecessor noster, solerti cura, super gregem dominicum sibi commissum inuigilans; & summo studio prospiciens, vt Ecclesia, quę corpus Christi existit, capiti suo

Saluatori nostro, quam conuenienter conueniri posset, ac vota abusuum & peruersarum consuetudinū nullibi, præsertim Romę, vnde tota Christianitas probos mores ediscere consueuit, respersa appareret, Lateraneñ. Cōcilio, tunc pro morum & Officialium Romanæ Curiæ reformatione, indicto, diuersa salutaria instituta, inter alia, reformationē Officialium Curiæ huiusmodi concernentia, vbiq; terrarum, & prę sertim in ipsa Alma Vrbe totius Christianitatis primaria, obseruanda: per suas literas edidit, prout in ipsis literis plenius continetur. Nos postmodum, diuina fauente clemētia, ipsius Prædecessoris successores effecti, toto cordis affectu exoptantes, vt Ecclesia in semitis veritatis, & iustitiæ dirigatur, & quæ per dictum Prædecessorem propterea instituta fuerunt: ad Omnipotentis Dei gloriam compleantur, nec in eadem Curia, quicq̄ incongruū, quod illius decentiā offuscare possit, inueniatur, ac exactiōibus, quas plerūq; nōnulli illius Officiales, emolumentis eis, pro Officiorū suorum exercitio constitutis non contenti, vltra a prosequentibus in dicta Curia expeditiones, sicut displicenter accepimus, exigere nō verentur, obuietur: Venerabiles fratres nostros Christophorum Cassaneñ. Datariū nostrum, & Petrū Castellimaris Episcopos, Cancellariæ Apostolicæ Regentē, & quemlibet eorum, qui etiam Referendarii, & Prælati nostri domestici existunt; Executores literarum reformatiōis Officialium Curię hmōi per dictum Leonē Prædecessorem, vt præfertur, editarum, & in eis contentorum, auctoritate apostolica, ex certa nostra scientia, constituimus, & deputamus: Ipsisq;, omnia, & singula Officia, & illorum Collegia, ac Officiales Curiæ hmōi, in iis, quę reformatione, emendatione, & correctione indigere cognouerint, auctoritate nostra reformandi, emendandi, & corrigēdi, & ad debitum, institutionis eorūdem officiorum semitam, iuxta earundē literarum formam & tenorem, reducendi: Necnon quæcunq;, ab ipsis Officialibus, nunc & pro tempore indebite exacta, realiter, & cum effectu, restitui faciendi: Ipsosq; Officiales, ad obseruationem reformationis, & reductionis, necnon resti-

tutionem huiuſmodi, per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac etiã pecuniarias, eorũ arbitrio moderandas, ac ſuſpenſio nis emolumẽtorum Officiorum per eos obtentorũ, ad tem pus, prout ſibi videbitur, necnon inobediẽtia exigente, ꝑpe tuæ priuationis eorũdem Officiorum cogendi, & cõpellen di; ac oĩa, & ſingula, quę iuxta inſtitutiones Officiorum hu= iuſmodi, pro illorum debito exercitio, & partium cõmodo neceſſaria nouerint, & opportuna, faciendi, ſtatuẽdi, exequẽ= di & ordinandi; necnõ, quæ per eos ſtatui, ordinari, & diſpo ni contigerit, firmiter obſeruari faciendi: Ac cõtradictores, & inobedientes quoſlibet & rebelles, cuiuſcũq; dignitatis fue rint, ét per eaſdem, & alias formidabiles, de quibus eis videbi tur, cenſuras, & pœnas, ſublato diffugii, & appellationis ob= ſtaculo, eadem auctoritate noſtra, compeſcẽdi; plenam, & li= beram auctoritatem, poteſtatẽ, & facultatem concedimus, & impartimur, habituri gratum, & ratum, quicquid ꝑer eoſdẽ Exequutores, ſuper his fieri, & diſponi contigerit, & facturi, ea inuiolabiliter obſeruari: Mãdãtes Venerabili Fratri nr̃o Hieronymo Ep̃o Vuigornieñ. Curiæ cauſaꝶ Camerę Apo ſtolicę generali Auditori, necnon dictę Vrbis Gubernato= ri, vt eiſdem Exequutoribus, in præmiſſis, fauores, & auxilia opportuna prętent. Ac diſtrictius inhibeñ. omnibus, & ſin= gulis Officialibus prædictis, & quibuſuis aliis, cuiuſcunq; di gnitatis, &c. ſub cenſuris, & pœnis arbitrio noſtro infligen= dis, ne ipſos Exequutores, in præmiſſis, aut eorũ aliquo, dire cte, vel indirecte, quouis prętextu, impedire, vel perturbare, quoquomodo pręſumant: eiſq; pręcipientes, vt ipſis Exe= quutoribus, in præmiſſis omnibus & ſingulis, realiter, & cũ effectu, pareant, & intendant. Ac decerneñ. irritum &c. Non obſtañ. pręmiſſis, ac Cõſtitutionibus, & ordinatiõibus Apo= ſtolicis, necnõ Collegioꝶ ſtatutis, ét iuramẽto &c. robora= tis; ac priuilegiis, & indultis apoſtolicis, illis, ſub quibuſcũq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis conceſſis, & approbatis, quę eis aduerſus p̃miſſa nullatenus ſuffragari poſſe volumus: Necnõ oĩbus illis, quę p̃fatus Prę deceſſor, voluit nõ obſtare, cęteriſq; contrariis quibuſcũq;.

dece.

Placet, & ita Motu proprio constituimus, & deputamus. A.

Lecta & publicata fuit supraſcripta Conſtitutio & deputatio, Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarna. Dominicæ. M. D. xxxiiii. Die Iouis. 14. Menſis Ianuarii. Pont. prefati. S. D. N. Pauli &c. Papæ. III. Anno. Prio.
Iulius Gentilis Procuſtos.

¶ Edictum, quo cauetur, ne quis vigore Trãſumptorũ Supplicationũ: beneficiorũ poſſeſſionẽ apprehendere poſſit, vel ne Supplicationes, ſeu Prouiſiones poſſint tranſumptari per quẽcunq; Officialem Romañ. Cu. literis Apoſt. deſuper non expeditis.

PAVLVS PAPA. III.

DVDVM, cum nobis inter alia innotuiſſet, ꝙ nonnulli Iudices Romanæ Curię, Tranſumpta Supplicationum, ſuper prouiſionibus beneficiorum eccleſiaſticorum, & aliis gratiis ſignatarum, & regiſtratarũ, ac ipſarũ Supplicationum prætextu, literas, & mandata de adipiſcenda poſſeſſione beneficiorum in illis expreſſorũ, anteq̃ literę Apoſtolicæ, ſuper huiuſmodi ſupplicationibus expeditæ eſſent, concedebant. Volentes huiuſmodi abuſibus, & fraudibus, congruis remediis obuiare: inhibuimus quibuſuis Iudicibus dictæ Curiæ, quauis auctoritate fungentibus, cum appoſitione decreti irritantis, ne Tranſumpta Supplicationũ Apoſtolicarum, neue literas, ſeu mandata ipſarum Supplicationũ vigore, poſſeſſionem beneficiorũ eccleſiaſticorũ apprehendendi, dare, & concedere, qũolibet præſumeretur, prout in Conſtitutione noſtra, deſuper edita, & in Cancellaria Apoſtolica publicata, plenius continetur. Nos conſtitutionem hmōi auctoritate apoſtolica, tenore pñtiũ innouantes, ac perpetuis, futuris temporibus, pro lege obſeruari debere decernẽtes: hoc perpetuo edicto, omnibus, & ſingu-

lis, tam Archiuii dictę Curiæ Scriptoribus, quàm Cameræ Apostolicæ Gubernatoris, ac Vicarii Vrbis Notariis, cæterisq; Officialibus dictæ Curię, & Tabellionibus publicis quibuscunq;, sub excõmunicationis latę sententiæ pœna, in eorũ singulos, qui contrafecerint: eorũdem tenore præsentiũ, auctoritate Apostolica prædicta inhibemus, ne de cætero, de Transumptis Supplicationũ, præterquàm habentium clausulã quod earum sola Signatura sufficiat, ac de decreto, & cõcessione literarum, & mandatorum huiusmodi, rogari debeant, neue illa scribere, vel subscribere, aut quouis modo authenticare, vel partibus tradere, quouis modo præsumant: volentes, & eadem apo olica auctoritate statuentes, quod Notarii, & Officiales, ac Tabelliones præfati, qui dictam excõmunicationis sententiam incurrerint: ab illa (nisi per nos, vel Successores nostros canonice intrantes) absolui non possint, præterquàm in mortis articulo constituti: quodq; vltra eandẽ excõmunicationis sententiam, pro prima vice. 25. Ducat. & suspensionis a perceptione emolumentorum Officiorum suorum, ad tres menses, per Datarium, vel Cancellarię Apostolicę, Regentem, pro tempore existẽtes, irremissibiliter exigendorum, ac Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorũ de vrbe applicandorum: & si secundario deliquerint, ipsorum Officiorum priuationis pœnas incurrant eo ipso. Necnõ partes, Transumptis, seu literis, aut mandatis hmõi deinceps vtentes, ac illorum pretextu, possessionem beneficiorũ Ecclesiasticorum appręhendentes fructus, quos ex illis pro tempore perceperint, suos non faciant: quinimo, ad beneficia in eisdem Transumptis, ac literis, & mandatis, expressa, perpetuo efficiantur ipso facto inhabiles: & ad restitutionẽ fructuum ex illis perceptorum, in vtroq; foro teneãtur; Decernentes sic per quoscunq; Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungẽtes, etiam si sint. S.R.E. Cardinales aut Palatii Apostolici causarum Auditores, in quibuscũq; causis, & quibusuis illarum instantiis, sententiari, & iudicari debere: Sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter sententiandi, & iudicandi facultate, ac irritum & inane, si secus, super

his, a quoq̃, quauis auctoritate, sciẽter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, cõfirmatione apostolica, vl' quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq;, & indultis, apostolicis, Iudicibus, Notariis, Officialibus, & Tabellionibus prędictis, eorumue Collegiis, in genere vel in specie, quomodolibet cõcessis: quæ ipsis, contra præmissa, nullatenus volumus suffragari, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Volumus autem, prçsentes in dicta Cancellaria, vt moris est, publicari, & in illius Quinterno, inter alias Extrauagantes, ad perpetuam rei memoriam describi, ac a die publicationis ligare, & sub poenis prædictis, perpetuo, inconcusse, & inuiolabiliter obseruari.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnatiõ. Dominicæ. M. D. xxxiiii, Die Sabbati. 13. mensis Martii. Pont. Sanctiss. &c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Primo.

¶ Regula super prorogatione expeditionis literarum, tempore Leonis. X. & Hadriani. VI. in forma Rationi congruit, expediendarũ ad sex menses.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, D. Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. qui in crastino assumptionis suæ ad summi Apostolatus apicem, per certam Constitutionẽ suam, voluerat, q̃ concessa per fe. re. Clementem Papam. VII. Prædecessorem suum, & de eius mandato, expedirentur in forma Rationi congruit, sub die coronationis suę, vt moris est: & idem, quo ad cõcessa p pię memorię Leonem. X. & Hadrianum. VI. etiam Prædecessores suos, ad sex menses dũtaxat, ab ipsa die Coronationis incipiendos, obseruari voluerat; volens illorum, qui literas super concessis per eosdem Leonẽ, & Hadrianum, nondum

expediuerunt,cõmoditatibus pariter,& indẽnitatibus cõsu- lere: dictos sex menses,ad alios sex menses extunc proxime futuros prorogauit.

¶ Alia Regula,super dilatione concessionis Expectatiuarũ vsq; ad principium mensis Nouẽbris proxime venturi.

¶ ITEM, idem S. D. N. qui nuper,gratias Expectatiuas, pauperibus,& aliis Ecclesiasticis secularibus,& regularibus, in principio mensis Maii proxime futuri,concedere dispo suerat: voluit omnibus notificare,q͡ ex certis causis animũ suum ad id mouentibus,pro dicto mense Maii: dictas Expe- ctatiuas,adhuc non intendit cõcedere;sed in principio men sis Nouembris proxime futuri oĩo concedere disposuit.

Placet publicentur,& describantur. A.

Lectę,& publicatæ fuerunt suprascriptæ Regulę,Romæ in Cancell. Apost. Anno Incar. Dñicæ. M.D. xxxv. Die vero Sabbati. 17. mensis Aprilis. Pont. Præfati. S.D.N. Pau- li,diuina prouideñ. Papæ. III. Anno Primo.

Fe.de Cæsis Electus Tudertiñ. Custos.

¶ Declaratoria duarum Regularum Clementis. VII. in fa- uorem pauperum clericorum,editarum,super interpretatione vocabuli præsertim.

SANCTISSIMUS in Christo Pater, & D. N. D. Paulus,diuina prouidentia Papa III. ad cuius notitiã peruenit,q͡ super intellectu duarum Regularum, seu cõ- stitutionum fœlicis recordationis Clementis Papæ. VII. Prædecessoris sui,per quas olim,idem Clemẽs Prędecessor, cupiens pręsertim clericos pauperes,in Romana Curia S. R.E.Card.& aliorum Curialium obsequiis insisteñ. ab eo, gratias,& fauores reportare: omnia & singula beneficia ec- clesiastica,cum cura,& sine cura, qualitercunq; qualificata, secularia,& quorũuis ordinum regularia, vbilibet existẽtia, in singulis Ianuarii,Februarii,Aprilis,Maii,Iunii, Augusti,

Octobris, & Nouembris mẽsibus, vsq; ad certum tempus in eisdem Constitutionibus respectiue expressum, alias, q̃ per resignationem extra Rom̃. Cur. quouis modo vacatura, ad collationem, prouisionem, pñtationem, electionem, seu quã uis aliam dispositionem quorumcũq; Collatorum, & Collatricum secularium, & regularium, non tñ præfatorum Cardinalium, nec sub concordatis inter sedem Apostolicam, & quoscunq; alios, initis, & per eos, qui ea acceptare & obseruare debuerant, acceptatis, & obseruatis, quæ lędere non intendebat, comprędensorum quolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reseruauerat; an ipse Clemens Prædecessor, reseruationem huiusmodi, in fauorem ipsorum clericorum pauperum, in dicta Curia, præfatorum Cardinaliũ, & aliorum Curialium, obsequiis insistẽtium, dũtaxat fecerit: aut ipsam reseruationem, simpliciter, & absq; dicta restrictione, fecisse intelligi debeat: inter nonullos disceptatio exorta fuerat, quibusdam ex eis verbum illum pręsertim taxatiue exponentibus, ita vt secũdũ eos, esset sensus, ꝙ præfatus Clemens Prædecessor, dictam generalem reseruationem beneficiorum, vt præfertur, vacaturorum, in fauorẽ clericorum pauperum Rom̃. Cu. S. R. E. Card. & aliorũ Curialiũ, obsequiis insistentiũ, dũtaxat fecerit. Attendens sua Sanctitas, ꝙ talis expositio dicti verbi præsertim, sit cõtra propriã illius significationem, quę est, ꝙ de sui natura implicet, nõ aũt taxet, vel restringat; ac plene informatus, ꝙ de mente ipsius Clemẽtis pędecessoris, minime fuerit: dictas suas cõstitutiones sic taxari, vel restringi debere, cum bñficiis, quę in dictis mensibus, durante tpe prædicto, vacauerant, vtpote virtute earũdem constitutionũ generaliter reseruatis, nedũ in fauorem pauperum clericorum in dicta Curia pręfatorũ Cardinalium, aut aliorum Curialium, obsequiis insistentium, sed etiam alias, & in aliarum personarum, etiã quæcũq;, quotcũq;, & qualiacũq; beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura secularia, & ordinũ quorũcũq; regularia, etiam ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus apostolicis, in titulum, & Commendam obtinentium, fauorem disposuerit, ac

literis apostolicis, super huiusmodi dispositionibus, tam per Cancellariam, q̃ Cameram hactenus expeditis, generalis reseruatio, virtute dictarum Cōstitutionum, generaliter, absq; restrictione huiusmodi, semper data sit. Volens igitur huiusmodi disceptationem per suæ declarationis oraculum, de medio tollere: declarauit dictas Constitutiones reseruatorias Clementis Prædecessoris, non tanq̃ per dictum verbū præsertim in eis appositum, ad solos clericos pauperes in dicta Curia præfatorum Cardinalium, aut aliorum Curialium obsequiis insistentes, restrictas, sed generaliter intelligi: ipsumq; verbum præsertim, in eis, non taxatiue, seu restrictiue, sed in proprio suo significato, ita q̄ implicet, hoc est ipsos pauperes clericos specialiter includat, non autem vt alios excludat, exponi debere: decernens sic per quoscunq; Iudices, & Cōmissarios, quauis auctoritate fungentes, in quibuscunq; causis, & negotiis, nedum futuris, sed præsentibus, & adhuc etiam per appellationem, in quauis instantia pendētibus, tam in dicta Curia, q̃ extra eam, vbiq; locorum, interp̃tari, iudicari, sentētiari, & diffiniri debere: Sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter interpretandi, iudicandi, sententiandi, & diffiniendi facultate: ac irritum, & inane, quicquid a quoq̃, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contra declarationem & decretum huiusmodi, quomodolibet attentatum est hactenus, aut imposterum contigerit attentari.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romę, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicę. M. D xxxv. Die vero Sabbati. 26. Mensis Iunii. Pontificatus S. D. N. Pauli, diuina prouiden̄. Papæ. III. Anno Primo.

Fe. de Cæsis Electus Tudertin̄. Custos.

Bulla

¶ BVLLA S. D. N. Pauli, Papæ. III. super Reformatione Rom. Vrbis & Curiæ, tam in temporalibus, q̃ spiritualibus.

Paulus Episcopus Seruus seruorum Dei.
Ad futuram Rei memoriam.

SVBLIMIS Deus, Filium suum vnigenitũ, humanã carnem assumere, & in vnam sibi copulare personam, ideo constituit; vt ineffabilis vnionis illius virtute, nõ solum collapsa natura repararetur: sed ipsius sancta Ecclesia proueheretur, & illius mẽbra, firmissimo quodã amoris nexu inter se iungeretur, ac populus Christianus, in concordia pacem, in spiritus virtute salutem, in charitatis vinculo gloriam, adipisceretur. Vnde nos, quibus, licet imeritis, misericors dñs, vices suas in terris, pia miseratione cõmitti disposuit, regendę ipsius Ecclesię, prouidentiã nobis creditã, salubriter exequi, & eandem Ecclesiam (quæ Corpus Christi existit) suo capiti Saluatori nostro decẽter famulari, ac omni macula curare plenius desyderantes, affectibus vrgentissimis, & grauissimis, statum ipsius Ecclesię, & Apostolicę sedis, ac pestiferę Lutheranæ, & aliarum hæresum extirpationem concernentibus, generale Concilium indicere, & celebrare statuimus, & ad hoc proprios Nũcios, ad Christianos Principes destinauimus. Sed cum tam ardua res, tam cito, ad effectum perduci nequeat: nos dum hoc solicitamur, Almã Vrbem nostram totius Christianitatis Primariã, & ex qua reliqua Christianitas, probos mores edoceri consueuit, & Curiam Rom. ipsiusq; Curiæ Officiales, ab omni abusu, scelere, & praua consuetudine, corrigere, & reformare decreuimus, vt propria domo mũdata, cæteras domos facilius purgare, & quę in eis sunt, ad illarum gloriã, & honorẽ disponere valeamus. Verũ cũ imperfectæ naturæ, singula nobis incũbentia negotia, per nos ipsos efficere, & diuersis aliis dictæ sedis curis, & negotiis detenti, soli reformatiõi Vrbis, & Curiæ Romañ. hmõi, intendere nequeamus: aliquos ex fratribus nostris, quos in parte Apostolicę solicitudinis Al-

tissimus euocauit, ad tam salubre & necessarium onus, vna nobiscum subeundum, assumendos duximus. Eapropter, Venerabilem Fratrem Ioannem, Episcopum Ostiensem, Senensem, ac dilectos filios nostros, Antonium, Sanctæ Mariæ in Transtyberim, de Sancto Seuerino, ac Hieronymum, Sanctæ Balbinæ, de Ghinuciis, ac Iacobum Sancti Ciriaci in Thermis Simonetam, titulorum, Presbyteros, necnon Paulum Sancti Eustachii Diaconum de Cæsis nuncupatos: S. R. E. Card. ac cum illis, venerabiles fratres nostros, Christophorum Cassanen. Nicolaum Nimosien. & Petrũ Aquen. Episcopos in Romana Curia residentes, Vrbis, & Curiæ prędictarum Reformatores, auctoritate Apostolica, tenore pręsentium, constituimus & deputamus, ac eisdem Reformatoribus, & maiori parti eorum, omnia, & singula, quæ in eisdẽ Vrbe, & Curia, tam in spiritualibus, quam temporalibus reformatione, vel correctione indigere nouerint, reformandi, & corrigendi: ac omnia, & singula, quæ in præmissis, & circa ea necessaria eis videbuntur, seu quomodolibet opportuna, statuendi, & ordinandi: necnon ea, quę per eos statui & ordinari contigerit, per latę sententiæ, etiam suspensionis emolumentorum Officiorum, necnon priuationis beneficiorum ecclesiasticorum, & Officiorum, aliisque, de quibus eis videbitur, censuras, & pœnas, obseruari faciendi. Contradictores quoque, & rebelles, per easdem censuras & pœnas, ac alia iuris remedia, inuocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, compescendi, plenam & liberam facultatem concedimus; districtius præcipientes omnibus & singulis Vrbis, & Curiæ prædictarum personis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & auctoritatis ecclesiasticę vel mundanæ existentibus, vt eisdem Reformatoribus, in omnibus, & singulis, quę pro huiusmodi reformatione mandauerit, sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, & temporalibus quibuscunque, per ipsos Reformatores pro eorum arbitrio infligendis, pareant & obediant: ac mandantes Curię causarũ Camerę Apostolicę generali Auditori, necnon ipsius Vrbis Gubernatori, & in ea, ac eius districtu nostro in

ſpiritualibus Vicario pro tempore exiſtentibus, vt eiſdem Reformatoribus, circa pręmiſſa agenda, & exequenda, prout requiſiti fuerint, aſſiſtant, & faueant, ac opportuna auxilia præbeant: Non obſtantibus quibuſuis priuilegiis & indultis Apoſtolicis, quibuſuis dictæ Curiæ Officialibus, ac illorum Collegiis, etiam in eorum inſtitutionibus, & aliis perſonis, etiã quauis dignitate, & auctoritate fungentibus, per nos & ſedem prædictam, in genere, & in ſpecie, ſub quibuſcunq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa mentio habenda foret, tenores huiuſmodi, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, quo ad præmiſſa dũtaxat, ſpecialiter & expreſſe derogamus, & ãduerſus pręſentes, nemini ſuffragari poſſe volumus, cæteriſq; contrariis quibuſcunq;. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam noſtræ Cõſtitutionis, deputationis, conceſſionis, præcepti, mandati, volũtatis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit; indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ. M. D. XXXV. Decimo Cal. Septembris. Pontifi. noſtri, Anno Primo.

B. Motta.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Bulla reformationis Romæ, in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ. M. D. XXXV. Die Veneris. xxvii. Menſis Auguſti. Pontificatus S. D. N. Pauli, diuina prouidentia, Papę. III. Anno Primo.

Iul. Gentilis Procuſtos.

¶ Regula Prorogationis Expectatiuarum, vsque in Caleñ. Martii proxime futuri.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Paulus, diuina prouidētia, Papa. III. qui nuper, suorum prędecessorum inhęrendo vestigiis: gratias Expectatiuas, pauperibus, & aliis secularibus, ac etiam regularibus clericis, in principio mensis Maii proxime pręteriti, tunc futuri, cōcedere proposuerat. Et deinde, per eius Constitutionem in Cancellaria apostolica publicatam, voluit omnibus notificari, quod ex certis causis pro dicto mense Maii, Expectatiuas praedictas adhuc non intendebat concedere; sed in principio mensis Octobris proxime futuri, illas omnino concedere disposuerat: Ex eisdem, & aliis suadentibus honestis causis, in concessione, & generali expeditione gratiarum Expectatiuarum huiusmodi, adhuc vsque ad Caleñ. Martii proxime futuri supersedere decreuit, intēdens illas in huiusmodi Caleñ. Martii omnino cōcedere.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romae, in Cancellaria Apostolica, Anno ab Incarnatione Domini M. D. xxxv. Die vero Sabbati. 2. Octobris. Pontifi. S. D. N. Pauli, &c. Papae. III. Anno Primo.

Fe. de Caesis Electus Tudertiñ. Custos.

¶ Regula prorogationis literarum in forma Rationi congruit, tēpore Clemeñ. vii. ac Leonis. X. & Hadriani. vi. Romañ. Pontifi. per tres menses, a secunda prorogatione concessarum.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, D. Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. qui, postquam in crastinū assumptionis suae ad summi Apostolatus

apicem,per vnam voluerat,ꝙ concessa per fe.re. Clementē Papam. VII. Prædecessorem suum,& de eius mandato, expedirentur in forma Rationi congruit,sub die Coronationis suæ,vt moris est : & idem, quo ad concessa per piæ me. Leonem.X. & Hadrianum. VI. etiam Prædecessores suos, ad sex menses duntaxat,ab ipsa die Coronationis incipiendos,seruari voluerat : per aliam eius constitutiones, dictos sex menses, ad alios sex menses extunc proxime futuros, prorogauit: ad prouidendum indemnitati plurium,qui literas,super gratiis,eis per eosdem Leonem, & Hadrianum concessis,nondū expedierunt : Semestre prorogatū huiusmodi,ad alios tres menses,a fine ipsius prorogati Semestris computandos,similiter prorogauit.

Placet publicetur & describatur. A.

Lecta,& publicata fuit suprascripta Regula,Romæ in Cancellaria Apostolica,Anno Incarnatioñ.Dominicę. M.D. XXXV. Die Sabbati 30.Mensis Octobris.Pont.S.D.N. Pauli &c. Papæ. III. Anno Primo.

Fe.de Cæsis Electus Tudertiñ. Custos.

¶ Regula reuocationis gratiarum ad vacatura concessarum, &c. ac facultatum concessarum Legatis & Nunciis quo ad collationē beneficiorū.

SAnctissimus in Christo Pater,& D.N.D. Paulus, diuina prouidentia, Papa III. qui plures gratias,ad vacatura beneficia & mandata de prouidendo seu commendando,& alias disponendo,diuersis personis hactenus concessit ; certis suadentibus causis rationabilibus, omnia & singula, Expectatiuas,& alias gratias circa accessus & regressus,ac de consensu Coadiutorias,ad vacatura beneficia, earūq; mutationes,extensiones, & reualidationes collationū, ac, pręterq̃ super quibus per Cancellariã Aplicã literæ in forma solita expediri cõsueuerunt : speciales reseruationes,

necnon Mandata de prouidendo, seu commendando (præterq̃ in forma Capituli Mandatum in Francia) per Sanct. suam, & Apostolicę sedis Legatos, quibusuis personis, cuiuscunq; status, ordinis, vel conditionis existant, etiã si Cardinalatus honore pręfulgerent: ac Collegiis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicę potestatis plenitudine, & ex quibusuis, etiam vrgentissimis causis, ac cum quibusuis declarationibus, ac mentis Sanct. suæ attestationibus, & a reuocationibus præseruatiuis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & q̃ illa, ex tunc effectum sortita essent, ac plenum ius in re acquisitum fore censeretur, ac illis, non nisi sub certis modo, & forma in eis expressis, vel de consensu eorum, quibus concessa forent, aut etiam nullatenus derogari, seu reuocari possint, & quotiens illis derogaretur, aut illa reuocarentur; sub dat. per eos eligenda, concessa, & innouata essent, & esse censerētur, ac expediri possent, & q̃ sic per quoscunq; iudicari deberet, aliisq; efficacioribus, etiam vim contractus inducentibus, decretis, etiam de cõsensu ordinariorum, & al's quomolibet etiam concistorialiter: Necnon quo ad beneficia dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione Apostolica affecta duntaxat: omnes, & singulas facultates, & indulta quęcunq;, super conferendis beneficiis ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus, & regularibus, sub quibuscunq; tenoribus, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, quibusuis Apostolicæ Sedis Legatis de latere, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales fuerint, ac Nunciis, etiam cum potestate Legati de latere, in quibusuis Regnis, Prouinciis, & Dominiis, tam citra, q̃ vltra montes destinatis, & deputatis, concessas, & concessa: quorum omnium tenores, & formas, ac decreta in illis apposita, Sanctitas sua pro expressis haberi voluit, ex nunc, prout ex die vigesimaquinta pręsentis mensis Decembris, reuocauit: ac irritum, &c. decreuit, statuto, ordinatione, & decreto, ac declaratione, suis in crastinum suæ assumptionis editis, quibus voluit Cardinales, in Constitutionibus per

eum imposterum edendis, & publicandis, non compræhendi, nisi illæ, eorum fauorem concernerent, vel ipsæ Constitutiones, de eorūdem Cardinalium, vel maioris pártis eorū consilio, editæ forent, nequaq̄ obstantibus.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ. M. D. XXXV. die vero Iouis secunda mensis Decembris. Pontifica. S. &c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno eius Secundo.

Fe. de Cæsis Electus Tudertiñ. Custos.

¶ Regula super prorogatione concessionis gratiarum Expectatiuarum, vsq; ad Caleñ. Septembr. proxime futuri.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. qui dudum, suorum prędecessorum vestigiis inhærēdo: gratias Expectatiuas, pauperibus, & aliis secularibus, ac etiā regularibus clericis, in principio mēsis Maii proximę pręteriti, tunc futuri, cōcedere proposuerat: & deinde, q̄ ex certis causis, Expectatiuas prædictas, in dicto mense concedere adhuc nō intēdebat; sed in principio mensis Octobris proxime pręteriti, tunc futuri, illas omnino concedere disposuerat: per vnam, oībus notificari voluerat, ac postmodū, p aliam Constitutiones suas in Cancellaria Apostolica publicatas, in concessione & generali expeditione grārum hmōi; adhuc vsq; ad Cal. Martii proxime futuri, supersedere decreuerat: certis suadentibus causis, in cōcessione & gñali expeditione gratiarum hmōi; adhuc, vsq; ad Cal. Septēbris proxime futuri, duxit supersedendū, intendens illas, in dictis Caleñ. Septēbris proxime futuri, omnino concedere.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta,& publicata fuit suprascripta Regula, Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicę. M. D. XXXV. Die vero. 25. mensis Februarii. Pont. S. &c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Secundo.

Fe. de Cæsis Electus Tudertin. Custos.

Regula, super reuocatione indultorum concessorum ordinariis Episcopis, vt possent alios, q̃ Diœcesanos ad sacros ordines promouere.

SAnctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Paulus, diuina prouidētia, Papa III. cui innotuit plures Antistites per abusum facultatum, & indultorū, illis, super promouendis quibuscunq; ad eos recurrentibus, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, ac Apostolica sede concessorum, a rectitudinis tramite deuiare; & diuersos errores, in diuinę maiestatis offensam & sacerdotalis ordinis opprobriū committere: ac volens super his, ex incumbentis sibi Apostolicę solicitudinis studio, cōgruis remediis prouidere: omnia, & singula, Facultates, & Indulta, quibusuis Archiepiscopis, & Episcopis, super promouendis extra Almam Vrbem quibuscunq; ad sacerdotium promoueri volen. & ad eos recurrentibus, etiam eorum non Diœcesanis, ac in alienis Ciuitatibus, & Diœcesibus, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines prædictos, etiam extra tempora a iure statuta, & dictis ordinibus eis conferendis, tam a dicta sede, q̃ auctoritate literarum Pœnitentiarię Sanctitatis suæ, sub quacunq; forma, & verborum expressione quomodolibet concessa, quorum tenores & formas Sanctitas sua habere voluit pro expressis, cassauit, reuocauit, & annullauit: ac pro concessis habere, ipsosq; Archiepiscopos, & Episcopos, illis de cętero vti non posse, necnon quicquid secus attentari contigerit, irritum, & inane, decreuit.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta,& publicata fuit suprascripta Regula, Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ. M. D. XXXVI. Die vero Iouis. 4. mensis Maii. Pont. S. &c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Secundo.

Fe. de Cæsis Electus Tudertiñ. Custos.

¶ Regula, super prorogatione expeditioñ. gratiarũ in forma Rationi congruit, per fe. re. Hadrianum. VI. concessarum ad sex menses proxime futuros.


SAnctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. qui in crastino suę assumptionis ad summi Apostolatus apicem, per vnam, voluit, ꝙ cõcessa per fe. re. Clementem Papam. VII. Prędecessorem suum, & de eius mandato, expedirẽtur in forma Rationi congruit, sub die Coronationis, suæ, vt moris erat; & idem, quo ad concessa per pię me. Leonem. X. & Hadrianum. VI. etiã Prędecessores suos, ad sex menses dũtaxat seruaretur, & deinde, per aliam, dictos sex menses, ad alios sex menses extunc proxime futuros, ac demum per reliquã eius constitutiones, posterius Semestre huiusmodi, ad alios tres menses a fine ipsius posterioris Semestris computãdos, nuper affluxos, prorogauit. Et cui innotuit plures, quibus diuersę gratiæ, per dictum Hadrianum Prędecessorem concessæ fuerant: literas super illis, infra tempora prorogata huiusmodi, variis de causis expediri facere non potuisse; volens illorum indemnitati prouidere; voluit, ꝙ per Hadrianum Prædecessorem, seu de eius mandato, concessa huiusmodi, in eadem forma Rationi congruit, sub dicta die Coronationis suæ expediantur, ad sex menses duntaxat, a die publicationis præsentis suæ constitutionis in eadem Cancellaria faciendæ, computandos.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula, Romę in Cancellaria Aplica, Anno Incarnatioñ. Dñicę. M. D. XXXVI. Die vero Sabbati. xx. mensis Maii. Pont. S. &c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Secundo.

Fe. de Cęsis Electus Tudertiñ. Custos.

¶ NOVAE REGVLAE CANCELLARIAE, per Sanctissimum D. N. D. Paulum, diuina prouidentia Papam. III. super gratiis Expectatiuis per ipsum dandis, editę.



SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidentia Papa. III. qui varias, & longas, an, & qualiter ab eo, gratiae Expectatiuę concederentur; cōsultationes habuit. Tandem, cupiens suorum Praedecessorum inhęreond vestigiis; pauperibus, & aliis clericis secularibus, ac regularibus personis, in huiusmodi gratiarū concessionibus, liberalem se exhibere: gratias huiusmodi concedere disposuit, formis cōtentis in Regulis & Constitutionibus infrascriptis: quas durantibus gratiis ipsis, obseruari voluit.

¶ De expeditione literarum pro pauperibus.

¶ IMPRIMIS, voluit idem. D. N. ꝙ pro pauperibus clericis beneficiandis, dentur vsq; ad annum, & non vltra, literae in ea forma, secundum quā pro eis, tempore fe. re. Martini Papę. V. scribi cōsueuit: videlicet ad vnum Collatorem, saluo ꝙ si ad collationem Decani, & Capituli, vel Abbatis, & Conuentus, aut Abbatissę, & Cōuentus impetrarint; detur clausula communiter vel diuisim, vbi antiquitus, duntaxat dabatur communiter. Et si ipsi, iuxta eorū sufficientiā locentur, per tria bene, aut per duo bene, & vnum cōpetenter, vel duo bene, vel vnum debiliter, aut duo competenter, in lectura, & constructione, & vnum male in cantu. Per totam vero Hispaniam, & Gasconiam, habentibus bene legit; competentur cōstruit: nihil cantat; vel habentibus adminus tria competenter: detur ad beneficium cum cura. Sed habentibus duo competenter, etiam si vnū sit in cantu: detur ad beneficium sine cura.

¶ Priuilegium pauperum.

¶ ITEM, idem. D. N. pauperibus clericis prouideri cu-

piens: voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ omnes, & singuli, qui suas in forma, secundũ quam, pro pauperibus clericis beneficiandis, scribi consueuit, de beneficiis ecclesiasticis vacantibus, vel vacaturis, literas obtinuerint: in ipsorum assecutione beneficiorum, quæ sine cura, & non Canonicatus, & Præbeñ. vel Personatus fuerint, singulis aliis, ibidem beneficia ecclesiastica, per literas Apostolicas expectãtibus, & hinc beneficia, quorum fructus, &c. vltra decem Florenos auri de ca. se. co. ex. annuatim valeãt, pacifice possidentibus, seu pensionem annuam similis summę, super fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis percipientibus, quacunq; antelatione prerogatiua munitis, omnino prę ferantur.

¶ Qui possint acceptare in forma pauperum.

¶ ITEM, ꝙ omnes, & singuli obtinentes beneficia. 24. librarum, vel similis monetę, communi æstimatione valoris annui; seu pensionem annuam similis summæ, super fructibus, redditibus, & proueñ. ecclesiasticis percipientes; & etiã non habentes possessionem beneficiorũ, in quibus se ius habere asserunt, vel super quibus litigant, cuiuscunq; valoris annui, quem non teneantur exprimere: possint in cõmuni forma pauperum literas impetrare, ita ꝙ per assecutionem alterius alia dimittere teneantur: & pensio cesset, & expiret.

¶ Qđ pauperes graduati possint habere duas literas.

¶ ITEM, ꝙ iidem pauperes clerici, si graduati sint, possint habere duas literas in forma gratię specialis, fructuum valore, & aliis beneficiorum qualitatibus non mutatis.

¶ Qđ pauperes possint locari extra suam Prouinciam.

¶ ITEM, ꝙ ipsi pauperes extra suam Prouinciam locari possint, si ibidem per sex annos moram traxerint; vel etiam in aliis Dioc. vbi suam perpetuam elegerint mansionem; & ꝙ caueatur in literis, ꝙ per Procuratores acceptare, & sibi prouideri facere possint.

¶ Prærogatiua pauperum in Romañ. Curia.

¶ ITEM, illis, qui tanto tempore in Romañ. Curia resederint: ꝙ ibidem, de laudabili vita, & honesta conuersatione eorũ constare potest: dentur Executores in Curia: alioquin

extra Curiam, cum clausula: quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, &c.

¶ ITEM voluit, ꝙ per fiat vt petitur; dentur duę collationes, &c. Et cum clausula, si petatur, etiam ratione dignitatũ, personatuum, administrationũ, & officiorũ, quę ibidem obtinent, & in partibus Italiæ, totidem beneficia ecclesiastica, etiam si alterũ eorum, Canonicatus, & prębeñ. Ecclesię Cathedralis fuerit: Et in aliis partibus, vnum duntaxat beneficium. Q dꝗ Canonicatus, & præbeñ. cum Præstimoniis præstimonialibus portionibus, obligiis, additamentis, ferculis, & supplementis vnius Canonici cedentis, vel decedentis; quorum quidem Pręstimoniorum, &c. si pro Magistris, Licentiatis, Baccalariis formatis in Theologia, aut Doctoribus, vel cũ rigore examinis licentiatis in Iure Canonico, vel Ciuili, seu magnis nobilibus. LX. & si pro aliis, gratiæ huiusmodi fuerint. XXX. librarum Turoneñ. par. vel tantundem in alia moneta fructus, &c. se. com. æst. va. an. non exceden̄. & etiam Canonicatus & præbeñ. nechon dignitas, vel personatus, &c. Cathedralis, seu Collegiatæ ecclesiæ, pro vno beneficio computentur.

¶ Item, ꝙ loco verborum, cum Præstimonnis, &c. non ponantur verba, & Præstimonia, &c.

¶ Item, ꝙ pro Religiosis, literæ super Expectatiuis gratiis non expediantur, nisi particularis, & extra rotulum Signatura desuper suffragetur.

¶ De beneficiis, quæ conceduntur Vltramontanis.

¶ ITEM, in partibus Vltramontanis extra Daciam, Suetiam, Nouegiam, Scotiam, Angliam, Hiberniam, nullis, nisi Magistris, Licentiatis, Bacalariis formatis in Theologia, aut Doctoribus, seu cum rigore examinis licentiatis in iure Canonico, vel Ciuili, aut in Artibus, qui post suorũ in illis graduum susceptionem, per biennium rexerint, seu studuerint, vel in Medicina Magistris, aut qui per sex annos studuerint in altero ex iure huiusmodi, Bacalariis, vel Apostolicæ Sedis Officialibus, & Nobilibus, ac de militari genere procreatis nepotibus, & cõsanguineis Sanctę Romanę Ecclesiæ

Cardinalium: detur per Expectatiuas ad Canonicatus, & præbeñ. dignitates, &c. Cathedralium Ecclesiarum, vel qui desuper a prefato Domino nostro, per reformationem, vel al's, habuerint Signaturam specialem.

¶ De taxis in beneficiis.

¶ ITEM, Magistris, Licentiatis, Baccalariis formatis in Theologia, ac Doctoribus in iure Canonico, vel Ciuili, magnis Nobilibus, in Canonicos alicuius Ecclesiæ creari, seu ad vnam duntaxat collationem, Expectatiuam gratiam sibi concedi petentibus: detur ad vnũ beneficiũ cuiuscũq; taxæ.

¶ Item, Magistris, & Baccalariis formatis in Theologia, ac iu iure Canonico, vel Ciuili, Doctoribus, vel Licentiatis, ac in Medicina etiam Magistris, in partibus, quo ad taxationé Decimæ, ad medietatem reductis; si cum cura. lxxx. & sine cura. lx. Sed in aliis non reductis, si cum cura. c. &. xx. Si vero sine cura. lxxx. librarum Turoneñ. par. se. tax. decimæ.

¶ Item, Bacalariis in Theologia nó formatis, Magistris in Artibus, ac i iure Canonico, vel Ciuili Baccalariis, & in Medicina Licentiatis in partibus reductis; si cum cura. lx. & si sine cura. xl. ac in non reductis; si cum cura. C. & si sine cura lxx. librarum Turoneñ. par. se tax. prædictam.

¶ Item secularibus non graduatis in partibus reductis; si cũ cura. xl. & sine cura. xxx. ac in aliis non reductis; si cũ cura lx. & si sine cura. xl. librarũ Turoneñ. par. se. tax. prędictam.

¶ Item, regularibus graduatis, & nó graduatis in partibus reductis. lx. & non reductis. lxxx. librarum Turoneñ. par. se. tax. prædictam.

¶ Item in Alemannia, cum argenti, necnon in Anglia, Scotia. & Hibernia, cum Ster. Marchis: detur secularibus Magistris, & Baccalariis formatis in theologia, ac in iure Canonico, vel Ciuili Doctoribus, & Licentiatis, ac in Medicina, etiá magistris: si cũ cura. xxxv. & sine cura. xxv. Baccalariis vero in Theologia non formatis, magistris in Artibus, ac in iure Canonico, vel Ciuili, Baccalariis, & in Medicina licentiatis: si cum cura. xxx. & sine cura. xxv. & aliis non graduatis; si cũ cura. xx. & sine cura. xviii. necnon regularibus.

xxx. Mar. se. tax. prædictam.

¶ Item, in Italia, & Hispaniarum Regnis, non graduatis: si cum cura. lx. & sine cura. xl. Flor. auri, se. tax. De graduatis vero, quemadmodum supra dictum est.

¶ Item, in forma pauperũ, in partibus Gallicanis reductis; si cum cura. xxx. & sine cura. xxv. Et non reductis vero; si cum cura. l. & sine cura. xxx. In Italia, Hispania autem, & Aragonia; si cum cura. xl. & sine cura. xxv. Librarum Turonen͂. par. in Alemãnia: si cum cura. xx. & sine cura. xv. Mar. argẽti. In Anglia vero, Scotia, & Hibernia: si cum cura. xxx. & sine cura. xx. Mar. Ster. se. tax. prædictam.

¶ De derogatione Statutorũ Ecclesiarum Cathedralium.

¶ ITEM, ꝙ Priuilegiis, Statutis, seu consuetudinibus de optando, vel assequendo maiores, aut alias præben͂. vel obtinẽdo per illos, qui Canonici Cathedralium Ecclesiarum, aut in eis beneficiati non fuerint, Præstimoniis, præstimonialibus portionibus, seu simplicibus beneficiis, & non recipiendis illegitimis, & duntaxat graduatis: nullatenus derogetur, nisi seorsum sufficiens Signatura habeatur.

¶ Doctores, &c. præferantur aliis in parochialibus Ecclesiis.

¶ ITEM, ꝙ Magistri, Licẽtiati, Baccalarii formati ĩ Theologia, necnõ Doctores, seu cum rigore examinis licentiati in iure Canonico vel Ciuili: reliquis etiam, sub pari, vel maiori data expectantibus, in assecutione Parochialium ecclesiarum habentium communi, quæ secundum famam publicam attendatur: æstimatione duo millia communicantiũ omnino prę̨ferantur.

¶ Qui possint obtinere Dignitates.

¶ ITEM, ꝙ in partibus Vltramontanis, Dignitates, licet maiores vel principales non sint, ratione quarum eas obtinentes pro tempore, capitulis præesse, & singularum personarum ibidem exercere curã animarũ, habuerint per alios, q̃ magistros licẽtiatos, seu Baccalarios formatos ĩ Theologia, aut Doctores, seu licẽtiatos in iure Canonico, vel Ciuili, aut Medicina, vel in Artibus, qui post suorũ in eis graduum

susceptioné,per trienniū rexerint, vel studuerint, magistros, aut Apostolicæ sedis Officiales, vigore, seu prętextu literarū super Expectatiuis gratiis concessarū, acceptari nō possint.

¶ De non examinandis.

¶ ITEM, Doctores in iure Canonico, vel Ciuili, ac in Theologia, vel Medicina, ac in Artibus Magistri, nęcnon in aliquo, ex iure, vel Theologia huiusmodi licētiati, & Baccalarii, non examinentur.

¶ Hospitalia non compręhenduntur sub Expectatiuis.

¶ ITEM, Hospitalia, Domus leprosorum, aliaq; pia loca, necnon laicis assignari solita, & claustralia Officia, sub Expectatiuis gratiis minime compræhendantur.

¶ Extra nationem suam, nulli liceat impetrare. gratiam Expectatiuam.

¶ ITEM, nulli gratia Expectatiua, extra suam nationem, concedatur, nisi idioma, quod cōmuniter homines loquuntur, ibidē intelligat, & intelligibiliter loqui sciat: alioquin gratia huiusmodi sit nulla.

¶ Nullus valeat acceptare, literis non expeditis,

¶ ITEM, nullus vigore gratiæ Expectatiuæ, seu specialis reseruationis, seu reualidationis, vel extensionis eius, literis desuper non confectis, aliquod beneficium acceptare, vel assequi valeat: & al's, acceptatio, & assecutio huiusmodi, nullius sint roboris, vel momenti.

¶ De non habendo duas Expectatiuas.

¶ ITEM, voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ nullus duabus gratiis Expectatiuis, seu specialibus reseruationibus, aut Expectatiua, & speciali reseruatione simul, etiam si ambæ, vel altera, earum Motu proprio, seu al's quomodolibet concessa fuerit, nisi vna illarum tempore datæ concessionis alterius cōsumpta extiterit, vti possit. Sed si tales duę gratiæ, altera nō consumpta, sibi concessę fuerint, & expeditis super vtraq; illarū, literis apostolicis, in expeditione literarū, quas postremo expedire fecerit, mentio de prima facta nō fuerit, vel nō elegerit, seu mentem suā super hoc, qua gratiarū huiusmodi, vti voluerit in Præsidentia Cancellariæ Apostolicæ, etiam

coram ipsius Cancellariæ Notario, non declarauerit, effectu careat vtriusq; gratiarum earundem.

¶ De beneficiis seruitoriis non acceptandis.

¶ ITEM, ꝙ nullus, vigore cuiuscunq; gratiæ Expectatiuę, per ipsum Dominum nostrum, sibi, de Canonicatu, cum reseruatione præbeñ. aut dignitatis, personatus, administrationis, vel officii, necnon Præstimoniorum, Præstimonialium portionum, & simplicium beneficiorum, sub quacunq; verborum forma concedendi, aliquod seruitorium beneficium acceptare, vel de illo sibi prouideri facere possit: Decernens irritum, &c.

¶ De beneficiis reseruatis.

¶ ITEM, statuit, & ordinauit, ꝙ nullus, vigore cuiusuis gratiæ Expectatiuæ, quodcunq; beneficium ecclesiasticum, Apostolicæ dispositioni generaliter reseruatum, vel ex generali Apostolica reseruatione affectum, etiam si alias, sub huiusmodi gratia compræhendi videretur, acceptare, & de illo sibi prouideri facere possit, siue debeat; decernens irritum, & inane, quicquid secus contigerit attentari.

¶ De insinuatione, & publicatione.

¶ ITEM, voluit, & ordinauit; ꝙ quicunq;, vigore gratiarum Expectatiuarum, acceptauerit quæcunq; beneficia, secularia, vel regularia, cum cura, vel sine cura, etiam si Canonicatus, & præbeñ. ac dignitates, personatus, administrationes, seu officia fuerint: teneantur, & debeāt infra vnius mensis spatium; a tempore huiusmodi acceptationis computandum, se de huiusmodi beneficiis, per eos (vt pręfertur) acceptatis, sibi, per suos Executores, vel Subexecutores, facere prouideri: alioquin lapso dicto mense huiusmodi: acceptationes per eos factæ, & quæcunq; indesecuta, quo ad numerum, & qualitatem beneficiorum, quæ acceptationes cōcernerent vel concernere possent: eo ipso, sint cassa, & irrita, nulliusq; roboris, vel momenti: & ꝙ infra tres menses, a die prouisionis huiusmodi, extunc immediate sequentes, teneātur huiusmodi acceptationes, in loco beneficii huiusmodi, publicare: al's, gratia, acceptatio, & prouisio huiusmodi,

ſint nullæ:necnon a tempore publicationis earũdem;acceptationes.prouiſiones,& publicationes huiuſmodi, ipſorũ poſſeſſoribus beneficiorum,ſi qui tunc,a die quo intruſi fuerint,infra annum intimari facere,vel ſuper iure,ſi quod eis in dictis beneficiis competere putauerint, iudicialiter experiri debeant,& teneantur:alioquin, ſi poſtmodum ipſis in dictis beneficiis,ius competiiſſe cõſtiterit:gratię, quo ad numerum,& qualitatem beneficiorum huiuſmodi,necnon acceptationes,& prouiſiones prædictæ, nullius ſint roboris, vel momenti;præſentes tamen in Romana Curia publicationes huiuſmodi,in Audientia Contradictarum per Auditores eiuſdem,vel tempore vacationũ,& quotiens huiuſmodi Audientia non tenetur,in Cancellaria Apoſtolica, corã inibi Præſidẽtibus,per illius Notarium fieri facere poſſint. Cui quidem Notario pro tempore rogato,vt Protocollũ, duo bollendini, & inſtrumeñ. deſuper conficiat: quatuor groſſi Turoneñ.ſoluantur,de quibus merito contentetur: nec aliquid vltra, ſub pœna perditionis emolumentorum officii,ſeu Notariatus Cameræ Apoſt.applicandorum,per tres menſes(quotiens ſecus fuerit)petere, aut recipere præſumat. Ac decreuit idẽ Dominus noſter,ſi dictos acceptantes,in habendis prouiſionibus,ac faciẽdis publicationibus huiuſmodi,deficere, vel negligentes eſſe,cõtigerit: ꝙ locorũ Ordinarii,ad quos id,alias pertinuerit,perinde de dictis beneficiis,poſt præfatos menſes,diſponere poſſint, ac ſi gratię prędictæ, etiam cum decretis irritantibus, nullatenus emanaſſent.

¶De menſibus Ordinariorum.

¶ITEM,vt Pręlati,& alię perſonæ eccleſiaſticę, ad quos dignitatum,& aliorum beneficiorum eccleſiaſticorũ collatio,prouiſio,pręſentatio,electio,ſeu quęuis alia diſpoſitio pertinet:ab eodem Domino noſtro,gratias, & fauores reportaſſe dignoſcãtur:ipſe Dominus noſter, Pręlatis,& perſonis prædictis,vt de quibuſuis dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus,officiis,Canonicatibus, & præbendis, necnon quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis, cum cura, &

sine cura, secularibus, & quorumuis ordinū regularibus, ad eorum collationem, prouisionem, praesentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentibus, quae infra quinquenniū a dat. diei. Cal. Septembris, Pontificatus sui, Anno secundo, computandum; in Martii, Iunii, Septembris, & Decembris mensibus, vacare contigerit (dummodo dispositioni Apostolicę gnāliter reseruata, seu ex gnāli apostolica reseruatione affecta non fuerint) perinde ac si a sede Apostolica, vel Legatis eius, grāe Expectatiuae, aut sup illis, reseruationes nō emanarent; ordinaria auctoritate, libere disponere possint, cōcessit: ac decreuit irritū, & inane, &c.

¶ De pluribus ad eandem Ecclesiam expectantibus.

¶ ITEM, idem D. N. Praedecessorum suorum simil'r vestigiis inhaerendo, voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ vbi plures, ad eandem ecclesiam, vel collationem, &c. sub eadem, vel diuersis dat. expectantes fuerint, etiam hn̄tes inibi de maiori, vel aequali dat. gratias, minus tn̄ Prerogatiua, sub illis alias cōpraehensa beneficia (iuxta formam literarum desup confectarum) acceptare, & de illis sibi prouideri facere valeant; & si illi, eorūdem sic acceptantium, qui in assecutione qūolibet potiores erant, in faciendis publicatiōibus, intimationibus, seu aliis requisitis diligentiis defecerint: reliquorum, qui hmōi diligentias fecerint, acceptationes, & prouisiōes, suum sortiantur effectum, perinde ac, si deficientes in faciendis diligentiis hmōi, qui potiores erant, illa minime acceptassent; nec censeantur beneficia hmōi sic acceptata, ex psonis eorūdem acceptantium, & suas acceptationes nō publicantium, vel, non intimantium possessoribus eorundem, seu alias diligentias non facientium, vt tenebantur, quouis modo vacare.

¶ De Motu proprio.

¶ ITEM, idem Dn̄s noster, suadētibus certis rōnabilibus causis; voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ in Expectatiuis gratiis, illarū ꝗ extensionibus, reualidationibus, & collationū mu-

tationibus,per ipsum de cętero concedendis,ac desu p con
ficiendis literis: verba proprii Motus,quo ad bñficia inan-
tea vacatura: nulli,cuiuscunq; dignitatis,status,gradus,et cõ
ditionis fuerint,qũolibet suffragentur,nisi solũ dũtaxat, ad
tollẽdũ,& excludendũ subreptionem literarũ earundem.

¶ Reuocatio Expectatiuarum: Mandatorum; Reseruationum,& Indultorum.

¶ ITEM, idem Dñs nr̃, intẽdens hmõi gratias Expectati-
uas,secundũ Constitutiones,& Regulas supradictas, in Cal.
mensis Septembris proxime futuri,concedere;vt ipsi Expe-
ctantes,ex eorum gratiis Expectatiuis,fructũ reportare pos-
sint;& ne prætextu aliarum gratiarum,tam per Sanct. suã,
q̃ al's,quomodolibet concessarũ,impediantur:ex his,& cer-
tis aliis rõnabilibus causis, certas alias Cõstitutiones , siue
Regulas reuocatorias specialiũ Reseruationũ , & cõferendi
facultatẽ,per Sanct.suam editas,& in Cancellaria Apostoli-
ca diuersis tpibus publicatas,innouando,oia & singula,Ex-
pectatiuas,& alias gratias , citra accessus,& regressus , ac de
consensu Coadiutorias,vel ad vacatura beneficia , earumq;
mutationes,extensiones,& reualidatiões collationum, etiã
si qui per eas in Canonicos,sub expectatione prębẽdæ, vel
portionis,creati vel recepti fuissent;ac(prærerq̃ super qui-
bus per Cancellariam Apostolicam, literæ in forma solita
expediri consueuerunt)speciales Reseruationes, necnõ Mã-
data de prouidendo,seu commendando, seu al's,disponẽdo
(non tamen in forma Capituli Mandatum in Francia) in
fauorem quorũcunq;,& quibuscunq;,etiam, S.R.E.Cardina
libus,ac Collegiis,etiam de consensu ordinariorum Colla-
torum,& al's,quomodolibet,necnon nominandi, reseruan-
di,& cõferendi,ac alia quęcũq;,facultates,& indulta, Cardi-
nalibus,aut aliis personis,de quibusuis bñficiis ecclesiasticis,
certarũ Ciuitatũ & dioc.in quibus ipsi nõ erãt,nec vnq̃ fue-
rant veri Ordinarii Collatores,sed de ipsorũ Ordinariorũ
cõsensu,aut ẽt sine eorũ cõsensu,seu sede Epali,vel ẽt Archie-
piscopali vacante,disponendi,aut Vicarios perpetuos, seu
temporales, qui etiam eisdem Cardinalibus huiusmodi

beneficia conferrent, vel cõmendarent, deputandi: aut ipsi Vicarii, per quoscunq; Romanos Pontifices Prædecessores suos, vel etiam per Sanctitatem suam, deputati fuissent, etiã perinde ac si veri, & non ficti, inibi Ordinarii Collatores essent, etiam cum decreto q disspositiones, de eisdem beneficiis, absq; ipsorum Cardinalium, vel personarũ cõsensu pro tempore factę, nullius essent roboris, vel momenti: necnon eisdem Cardinalibus, tam Ordinariis, q̃ non Ordinariis cõferendi beneficia ecclesiastica, quo ad beneficia, ad aliorũ inferiorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem, de iure, vel consuetudine, & al's, quomodolibet spectantia duntaxat, etiam si illis, de eorundem inferiorum consensu, concessa fuissent, ac etiam quibusuis Apostolicę sedis Legatis de latere, etiam si dictæ Romanæ ecclesię Cardinales fuerint, ac Nunciis, et cum potestate Legati de latere, necnon fructuum, redditũ, & prouen. Camerę Apostolicæ debitorum, Collectoribus, in quibusuis Regnis, Prouinciis, & Dominiis, tam citra, q̃ vltra montes deputatis, ac quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, & personis, etiam ordinariã collationem, seu aliam dispositionẽ beneficiorum ecclesiasticorum, de iure vel consuetudine habentibus, disponendi quomodolibet de beneficiis ecclesiasticis, etiã dispositioni Apostolicę generaliter reseruatis, seu affectis: necnon alternatiuas, & indulta quæcunq;, Prælatis, & aliis personis præfatis (non tamen in fauorẽ nationum super conferendis per eos, etiam quoad vixerint, beneficiis ecclesiasticis) ad eorũ collationẽ, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quãuis aliam dispositionẽ cõmuniter, vel diuisim pertinentibus, in sex alternatis, aut aliis anni mensibus vacaturis, tã per Prędecessores præfatos, & dictę sedis Legatos, q̃ per eandem Sanctitatem suam, sub quibuscũq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis declarationibus, attestationibus, & a reuocationibus præseruatiuis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis efficacioribus, etiam vim Contractus inducẽtibus, decretis, etiam Motu proprio,

& ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, & ex quibusuis, etiam vrgentissimis causis, ac quauis consyderatione hactenus concessas, & concessa: quorũ omniũ tenores, & formas, ac decreta in illis apposita, Sanct. sua haberi voluit pro expressis, quo ad ea in quibus nondum erant sortita effectũ, ex die publicationis præsentium Constitutionum, prout ex Cal. Septẽbris proxime futuris, & e cõtra, reuocauit, cassauit, & annullauit: ac quicquid prętextu gratiarum, reseruationum, mandatorum, facultatum, indultorum, & alternatiuarum reuocatorum huiusmodi, post Cal. prædictas, contigerit attentari, irritum, & inane decreuit, statuto, ordinatione, decreto, & declaratione suis, in crastinũ assumptionis suæ editis: quibus voluit Card. in Constitutionibus per eum imposterum edendis, & publicandis, non cõprędendi, nisi illę, eorum fauorem concernerent, vel ipsę Constitutiones, de eorũdem Cardinalium, vel maioris partis eorum consilio, editæ forent, nequaq̃ obstantibus.

¶ De Prælationibus, siue Prærogatiuis, in gratiis Expectatiuis.

¶ ITEM, idem Dominus noster, intendens, ꝙ Prælationes, siue Prærogatiuę, in ecclesiasticis beneficiis, vigore gratiarum Expectatiuarum assequendis, iuxta personarum conditiones, & merita, moderentur: statuit, decreuit, & ordinauit, ꝙ inter habentes gratias Expectatiuas huiusmodi: Nobiles de Ducum, Marchionum, & Comitum genere, qui reputantur Illustres, & Officiales Apostolicę Sedis infrascripti, videlicet, Referendarii: Protonotarii: Participantes: literarum apostolicarum Corrector: eiusdẽ sedis Subdiaconi numerarii: causarum Palatii Apostolici Auditores: Cameræ Apostolicæ Clerici, similiter numerarii, & participantes: Curiæ causarum dictæ Cameræ generalis Auditor: Abbreuiatores de maiori parco, sua officia actu exercentes: Scriptores Apostolici, omnibus aliis qualitercunq; qualificatis, in assecutione quorumcunq; beneficiorum, quę huiusmodi gratiarum vigore expectabunt, quacunq; diligentia, rece

ptione, vel creatione, in Canonicos nõ obstante, potiores existant: alii vero Nobiles ex inferiori Nobiliũ genere: Magistri in Theologia: Doctores in vtroq;, vel altero, iurium, qui fuerint graduati in aliqua Vniuersitate Studii generalis, necnon familiares suæ Sanct. non descripti, qui erãt veri familiares continui Cõmensales tpe suæ assumptiõis ad summi Apostolatus apicem, omnibus aliis et creatis, vel receptis in Canonicos, aut diligentioribus, in processu, similr præferantur. Cæteri aũt magistri, & Baccalarii formati, in Theologia Doctores, cũ rigore examinis licentiati in altero iuriũ, necnõ in Medicina, & in Artibus Magistri, qui post susceptum gradũ, aliquibus annis legerint: & in Hispanis, in altero iurium Baccalarii, qui in simili Studio sex annis studuerint, necnon alii familiares cõtinui Cõmensales Sanctitatis suæ nõ descripti, qui ad familiaritatẽ, post assumptionem hmõi venerunt, & venient, & Duodecim Familiares singulorum. S.R.E. Cardinalium, per eos nominandi, & in libro Cancellariæ Apostolicæ describendi, pariformiter omnibus aliis præferantur. Inter se autẽ, si concurrant ipsi graduati, & Familiares vltio loco scripti, ius cõe seruari voluit. Et si oẽs & singuli graduati supradicti, inter se cõcurrãt; seruato tñ ordie suprascripto; magis graduati, minus graduatis, & inter se æqualiter graduatos, prius graduati, & similr inter oẽs & singulos suprascriptos alios, in qualibet sui parte eos respectiue cõcernente, inter se cõcurrẽtes, magis qualificati, minus qualificatis, pariformiter pferantur: ipsi tñ familiares suæ Sanct. supradictis. xii. Familiaribus Cardinaliũ, cæteris paribus pferãtur: & q inter oẽs & singulos supradictos, & alios quoscũq;, cæteris paribus, pñtes in dicta Curia, qui eã per sex menses añ vacationẽ bñficiorum sequuti fuerint, si tñ adminus in Artibus Magistri, vel in aliqua facultate Baccalarii, vel de nobili gñe procreati extiterint, absentibus ab eadẽ, etiã qualitercunq; graduatis, extra Vniuersitates locorũ, in quibus etiã Studium vigeat generale, & inter pñtes, simul inter se cõcurrentes, vel absentes inter se, non bñficiatis, beneficia qũolibet obtinẽtibus; pariformiter

præferantur,saluis Prærogatiuis,& antelationibus, certis suis Familiaribus,continuis Cōmensalibus, in Canceliaria prædicta,seu literis desuper conficiendis, describendis, per eundem S.D.N.concedendis: quibus per hanc Constitutionem noluit in aliquo derogari.

¶ De mutationibus collationum Expectatiuarum.

¶ ITEM, idem D.N. attēdens in mutationibus collationum,priores collationes, quæ mutantur de consensu eorum, quibus gratiæ ipsæ concessæ sunt, prius cassar. & annullari consueuisse; ac volens fraudibus obuiare: voluit, statuit, & ordinauit, quod Expectantes Apostolici, teneantur in Supplicationibus mutationum collationum gratiarum Expectatiuarum,eis per Sanct.suam concedendarum, etiam Motu proprio pro tēpore signatis, exprimere specifice, & nominatim collationes, ad quas mutationes fient,ac cassationi, & annullationi priorum collationum, quæ mutabūtur in Cācellaria,vel Camera Apostolica,coram illius Notario expresse consentire,& consensum ipsum,infra triduū, a die præstationis eiusdē cōputandū,in libro Cancellariæ, seu Cameræ prædictæ, annotari facere,nec dictæ mutationes collationum,alicui ante hmōi consensus præstationē, & annotationem,suffragari debeant:neq; literæ, super eisdē mutationibus collationum,vigore Supplicationū,in quibus collationes, ad quas mutationes fient, nō erunt specifice,& nominatim expresse,aut sine annotatione dicti cōsensus,a tergo ipsarum lrarum,per dictū Notariū facienda, et per Cameram expediri possint:ac quod idem seruetur in extensionibus,& reualidationibus Expectatiuarū,quo ad expressionem collationū, ad quas ipsæ extensiones,vel reualidationes fient,in supplicationibus earūdē extēsionū, & reualidationū,faciendā. Quodq; prætextu acceptationum,& prouisionum generalium,specialia instrumenta,super particularibus beneficiis tunc vacantibus(nisi acceptātes ipsi, sic factas gnales acceptatiōes,& prouisiōes,p seipsos, ad particularia bñficia tūc vacātia,specificauerint, & mentem suā sup hoc declarauerint)p Notarios inde rogatos ?fici nequeāt,

... generali acceptatione, per quecunq; postea dictum, & prouisione sibi, dum viueret, in genere factis, ad speciem, & particulare beneficium, quouis prætextu deueniri possit. Sed argumenta, per quę de mente defuncti constare possit, in iudicio deduci debeant; decernens irritum, & inane, si secus super his, a quoq̃, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

¶ De executione Processuum Expectatiuarum.

¶ ITEM, Pręfatus Dn̄s noster, ad obuiandum fraudibus, quæ olim in concursu prosequentium expeditionem literarum gratiarum Expectatiuarum, circa decretum Processuum, super illis cōmitti consueuerant; & vt literæ gratiarū earundem debite expeditę appareāt: voluit ꝙ in prima expeditione literarum eiusmodi, Executores in illis deputati, qui tunc erunt in Palatio Apostolico, ad decernendū Processus, super illis parati, possint eiusmodi Processus decernere, facta solum verbali literarum earūdem pręsentatione: & ꝙ tam, super illis, quarum Executores ibidem tunc erunt, q̃ super aliis literis in prima expeditione eiusmodi tunc expeditis. R. P. D. Christophorus Episcopus Cassaneñ. Sanctitatis suę Datarius, possit Processus literarum primæ expeditionis huiusmodi (perinde, ac si in singulis literis prædictis Executor deputatus fuisset), similiter, absq; earundem literarum actuali præsentatione, decernere, ita tamen ꝙ ii, quos Processus ipsi cōcernunt: debeant decreto Processuū huiusmodi, per se, vel Procuratores suos, ad hoc specialiter constitutos, interesse, & de eodem decreto, aliquem ex Scriptoribus Archiuii Romanę Curię, ꝙ testes ibidem pn̄tes, rogare, & nullus ex eisdem Scriptoribus (nisi decreto Processuum huiusmodi interfuerit, & sic rogatus extiterit) eosdem Processus, sub pœna falsi, subscribere pręsumat. Et ne propter non actualem pn̄tationem literarum prędictarum, de viribus Processuum eiusmodi, hęsitari contingat; imposterum; neue, vt alios supplantent, ea die, in decreto Processuum, procurent alios præuenire, & anteriori dat. decretum

pium obtinere, & in eiusdem [illegible] [illegible] ...oram annotari fa cere,ac præter voluntatem suæ Sanctitatis, cōmodum re- portet: voluit,statuit,& ordinauit Processus, per Episcopū, & alios Executores prędictos,in dicta prima expeditiōe de- cernendos,eisdem hora,& momento censeri debere esse de- cretos,quāq̄ ex tenore eorum,vel al's,appareret aliquos ex eis anteriori hora,vel momento, q̄ alios decretos & expe- ditos fuisse,ac dictos Processus,perinde, valere , ac eundem effectum sortiri debere,in omnibus,& per omnia , perinde, ac si dictus Eps,vnus ex Executoribus dictarum literarum,& in eis deputatus fuisset.Et ꝙ Processus sic decernendi,eo prę textu , ꝙ literę ipsę , Episcopo , & Executoribus prædictis, vel alicui eorum,per illos,quos concernunt,actualiter præ sentatę nō fuerint,nullatenus infringi,aut impugnari pos- sint,sed perinde sortiantur effectum,ac si literæ ipsæ p eos, singulariter & actualiter præsentatę essent:ipsiq; Processus, pręcedente earundem literarum actuali præsentatione , & illarum forma seruata,decernerentur.Quod autem Execu- tores quicunq;,in dictis literis nominati,etiam qui tempo- re dicti decreti absentes erunt,Processus in forma debita,& consueta,dūmodo per aliquem ex dictis Scriptoribus , qui ibidem pręsens,& vt,pręfertur,rogatus, subscripti , & testiū ibidem præsentium similiter,&,vt pręfertur,rogatorum,ac Sigilli dicti Officii Archiuii , munimine roborati fuerint; sub eorum propriis nominibus,ac si ipsimet personaliter, Processus ipsos decreuissent,partibus petentibus,dare, & cō cedere possint,decernens probationem anterioris horę,vel momenti,nulli suffragari posse,vel debere : ac Processibus, pro illis personis, quorum nomina non fuerint in Rotulo suæ Sanctitatis descripta,decernendis:nullam fidē adhiben dam fore,nisi vltra subscriptionem Scriptoris,& appensio nem Sigilli Officii Archiuii huiusmodi,per dictum Christo phorum Episcopum,in eorum calce,per hæc verba, videli- cet,Christophorus Episcopus Cassaneñ. Datarius , subscri pti fuerint;& iuxta huiusmodi statutum , ordinationem , & voluntatem suæ Sanctitatis,per quoscunq; Auditores,& Iu

dices,etiam Sanctę Rom̃. Ecclesiæ Cardinales, in quacunq; causa,& quauis illius instantia,sententiari,diffiniri, & iudicari debere: Sublata eis,& eorum cuilibet,quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate: irritum quoq;, & inane, si secus sup his,a quoq̃,quauis auctoritate,scienter,vel ignoranter,contigerit attentari.

¶Moderatio Indultorum,quo ad expectantes.

¶ITEM, idem S.D.ad hoc, vt pauperes, & alii clerici, gratias Expectatiuas,eis,per suam Sanctitatem pro tẽpore concessas,prosequẽtes;ex gratiis huiusmodi fructum reportare possint;omnia,& singula indulta.S.R.E.Cardinalium, per quæ eis,tam per Sanctitatem suam,q̃ alios Rom̃. Pontifices suæ Sanctitatis Prędecessores cõcessum fuerat, vt ipsi Cardinales,de Ecclesiis, Monasteriis,dignitatibus,personatibus,administratiõibus,officiis,Canonicatibus,& prębeñ. ac aliis beneficiis ecclesiasticis,cum cura,& sine cura,secularibus,& ordinum quorumcunq; regularibus, ad eorũ prouisionem,collationem,præsentationem,electionem, institutionem,seu quamuis aliam dispositionem,cõmuniter, vel diuisim,ratione Ecclesiarum,quibus præerant,& titulorum suorum Cardinalatus,ac Monasteriorũ,Prioratuum,& aliorum beneficiorum suoꝶ ecclesiasticorum,seculariũ, & regularium,quę in Titulũ,vel Cõmendam,seu administrationẽ, aut etiam,vt aliis vnita obtinebãt,& imposterum obtinerẽt, cõmuniter vel diuisim,pertinentibus, extra Rom̃. Curiam pro tempore vacaturis,per se,vel alios, libere disponere, perinde,ac si gratiæ Expectatiuæ,aut speciales, vel generales Reseruationes,&alię concessiones,a Sanctitate sua,& sede Apostolica,non emanassent,seu imposterum non emanarent,& si illa,in dicta Curia vacarent in expeditione literarum suæ Sanctitatis,super prouisione dictorum beneficiorum,vel Mandatis de prouidendo,seu aliis dispositionibus eorũdem Cardinalium,tam præsentium, q̃ de licentia suæ Sãctitatis absentium a dicta Curia,expressus accederet assensus;alioquin,prouisiones,& Mandata,ac aliæ dispositione

hmói,non valerent;modificando,voluit,statuit,decreuit, & ordinauit,ꝙ dicta Indulta,debeant obstare dictis expectanti bus,solum,quo ad bñficia,de quibus ipsi Cardinales dispo- nere possunt pro tpe,ratione ecclesiarum,quas sex Episcopi Cardinales,ac Presbyteri,ratione Tituli:& Diaconi, rõne Diaconiæ sui Cardinalatus,de quibus intitulantur,& inti- tulabuntur pro tpe,ac Cardinales in Rom̃.Curia pñtes, ét ratione vnius Ecclesiæ Patriarchalis,Metropolitañ. vel al terius Cathedralis,cui ipsi Cardinales,ex cõcessione,& dispẽ satione Apostolica,vt Episcopi,vel administratores, seu Cõ mendatarii præsident nomine tantum, reseruata sibi libera administratione,& beneficiorum collatione,& dispositiõe, vel pro tempore præsidebunt,ac etiam ratione vnius Mo- nasterii dũtaxat,quod in Titulum,vel Commendam,seu ad- ministrationem,aut etiam,vt vnitum obtinent,etiã si illius possessionem non haberent,seu obtinebunt. Quo vero ad illos Cardinales præsentes,q pluribus aliis Ecclesiis, & Mo nasteriis præsunt,& in futuꝶ præerunt,rõne illius Ecclesię, & Monasterii,quã,& quod ipsi Cardinales,de pñti,plures Ec clesias,& plura Monasteria obtinẽtes,pñtes in Rom̃.Cu.in- fra mensem,a die publicationis hmói suæ Constitutionis:& quo ad illos,quos plures Ecclesias,& plura Monasteria obtĩ nere imposteꝶ continget;infra mẽsem a die eorundẽ adeptę possessionis cõputandũ,elegerint,& hmói eoꝶ electionẽ, ꝑ eoꝶ cedulam,manu eoꝶ subscriptã,& ipsoꝶ Sigillo muni- tam,& in libro Cancellariæ ꝑdictę,per illius Senescalcum, vel Custodẽ,describendam;nunc,& pro tpe existẽti. S.R.E. Vicecancellario ,vel eius in dicta Cancellaria Locũtenen- ti,seu Regenti,transmiserint: & si nõ elegerint, & electionẽ hmói nõ trãsmiserint,vt ꝑfertur,collatiõe bñficioꝶ, rationẽ oĩum Ecclesiaꝶ,& Monasterioꝶ careant.In reliqs aũt,in q- bus dicti Expectantes ĩpediretur,vel ĩpediri possent, ꝑ hmói Indulta eorundẽ Cardinalium, quominus bñficia ecclesiasti ca,sub eorum gratiis Expectatiuis,eis pro tpe cõcessis.com- præhensa,acceptare,& de iis sibi prouideri facere possint, Indulta prædicta,ꝑfatis Cardinalibus,etiam cũ Motus pro-

prii,& certę scientiæ,ac plenitudine potestatis,ac quibusuis aliis clausulis efficacioribus concessa,reuocauit, cassauit, & annullauit,illis alias,quo ad reliqua in eisdem indultis contenta,in suo robore permansuris;ac irritum, & inane decreuit,quicquid illorum,prætextu,post dictum mensem,vt pręfertur,computandum,scienter,vel ignoranter, cōtigerit attentari.

¶ Moderatio Indultorum Cardinalium, ad sex menses.

¶ ITEM, voluit,statuit,& ordinauit,ꝙ S.R.E. Cardinales,a Romana Curia absentes:gratiis Expectatiuis, per eandem Sanctitatem suam concessis,& concedendis, durātibus; duntaxat habeant sex anni alternatos menses,videlicet, Februarium,Aprilem,Iunium,Augustum,Octobrem,& Decēbrem,in quibus eorum Indultis,& concessionibus, in præiudicium Expectātium Apostolicorum, quomodolibet vti, frui,& gaudere possint:& ꝙ in aliis sex eiusdem anni alternatis,videlicet,Ianuarii,Martii,Maii,Iulii, Septembris,& Nouembris mensibus,eoꝝ concessiones,& Indulta huiusmodi, nullatenus eis in ipsorū Expectantium pręiudicium suffragentur,aut suffragari possint,illas,& illa,cum omnibus in eis contentis clausulis,& decretis,etiam irritantibus,ac earū effectum,quo ad hoc suspendēdo. Et ꝙ eisdem Cardinalibus, a dicta Curia absentibus,pro tempore,concessum indultum pręsentialitatis,& quo ad effectū vtendi,& fruendi dictis eorum cōcessionibus,& Indultis,pro præsentibus in ipsa Curia habeantur;nullatenus eis suffragentur,aut suffragari possint eorum absentia durante. Q ꝺꝗ quamprimum Cardinales absentes huiusmodi,in Curia cōstituti fuerint: infra octo dies,extunc proxime sequentes,prout dicti Cardinales in dicta Curia iam præsentes,ex forma Constitutionis hodie desuper editæ,& in dicta Cancellaria publicatæ, tenebantur electionem,in eadem Constitutione expressam,& ipsius electionis cedulam transmittere teneantur,modo, & forma in illis expressis:alioquin,ex tunc,huiusmodi concessiones, & Indulta, reuocationi, cassationi, & annullationi, in ipsa

Constitutione expressis, subiacérent eo ipso: decernens irritum, & inane.

¶ Q đ nullæ aliç Prærogatiuç suffragentur, nisi tantum concessæ Expectantibus.

¶ ITEM, statuit, voluit, & ordinauit, ꝙ nulli Expectanti Apostolico, vigore cuiusuis gratiæ Expectatiuæ, sibi per Sã ctitatem suam pro tempore concessæ, sibi in assecutione beneficiorum ecclesiasticorũ, quæ vigore concessæ sibi pro tẽ pore gratiæ Expectatiuæ huiusmodi, duxerit acceptan. & de quibus sibi prouideri, seu commẽdam fieri obtinuerit, & super quibus (iuxta Constitutiones suas desuper editas) diligẽ tias alias fecerit: aliqua Priuilegia, seu antelationum Prçro gatiuæ, etiam contẽplatione Collegii, seu Collegiorum, de quorum numero existat, per Sanctitatem suam, & Rom. Põ tifices Prçdecessores suos, concessa, quomodolibet suffragẽ tur, præterq̃ Priuilegia, seu antelationũ Prçrogatiuæ, Expectantibus Apostolicis, per Constitutionem suam similiter hodie desuper editam, & in dicta Cancellaria publicatã, per eandem suam Sanctitatem, eidem ex ipsius Constitutionis dispositione concessa, donec, & quousq; sua Sanctitas expediuerit, & in eadem Cãcellaria publicari fecerit literas apostolicas, super priuilegiis, & antelationum Prærogatiuis, in dicta assecutione beneficiorum, Familiaribus suis, continuis Cómensalibus antiquis, in eisdem literis describendis, conficiendas: nec aliquis Expectans, vigore alicuius Priuilegii, sibi etiam, simili contemplatione concessi, beneficium generaliter reseruatum, aut ex generali Apostolica reseruatione affectum, etiam si al's, sub Expectatiua sibi concessa, etiam vigore priuilegii Officialibus suæ Sanctitatis concessi, compræhendi videretur, aut deberet, acceptare, & de illis sibi prouideri facere possit. Sicq;, per quoscunq; Iudices, iudicari debere, ac irritum, & inane, &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lectę,& publicatæ fuerunt supraſcriptæ Regulæ, Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnatioñ. Dominicæ. M. D. XXXVI. Die Martis. 22. Auguſti. Pontifi. S. D. N. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Secundo.

Fe. de Cæſis Electus Tudertiñ. Cuſtos.

¶ Regula per quam Indulta, quibuſuis Legatis, Commiſſariis, & Iudicibus Almę Vrbis, & locorum Sanctæ Rom. Eccleſię immediate ſubiectorum, quomodolibet hactenus conceſſa, quo ad hoc, vt ipſi, nullius Cōmiſſionibus Apoſtolicis, niſi manu Ro. Pontificis ſignatis, parere teneantur, quoq; cauſas, a quibuſuis iudicibus aduocare, & illas audieñ. committere poſſint, reuocantur.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus noſter. D. Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. cui innotuit, ꝙ nonnulli Apoſtolicæ ſedis Legati de latere, ac Gubernatores, & Cōmiſſarii, in Prouinciis, & locis Romanæ Eccleſię immediate ſubiectis deputati, ac alii, tam Prouinciarum, & locorum eorundem, q̄ etiam Vrbis, & Curiæ Romanæ Iudices ordinarii, eo prætextu, ꝙ ab Apoſtolica Sede indultum ſit, ꝙ aliquibus cauſarum Cōmiſſionibus iuſtitiam concernentibus, ac Moratoriis, niſi illæ manu propria Romañ. Pontificis pro tempore exiſtentis, & aliquibus eorum, niſi etiam Motu proprio, aut al's, certis modis, & formis, ac certis ſignis, & contraſignis, ſignatæ ſint, parere minime teneantur; qđq;, quaſcunq; cauſas, a quibuſuis Iudicibus aduocare, & illas, aliis audiendas, & decidendas, delegare, & cōmittere poſſint, in diuerſis ſpiritualibus, profanis, criminalibus, mixtis, & aliis cauſis, motis, & mouendis Cōmiſſionibus, per Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem, Dñm Laurentium Epm Pręneſtiñ. S. R. E. Cardinalem Campegiũ

nuncupatum,& pro tempore, ad Cõmissiones, iustitiam cõ-
cernentes, Sanctitati suę porrectas, in pręsentia sua signan-
dum, deputatum; ac plenam & liberam facultatem, per se,
vel alium, ab ipso deputandum, desuper habentem, tam in
pręsentia Sanctitatis suę,& ex certa eius scientia, q̃ plena Si
gnatura iustitię, etiam partibus auditis, &, pro iustitię debi-
to, signatis, etiam causarum huiusmodi aduocationes,
ac aliis, etiam dictę Ro. Ecclesię Cardinalibus,& causarũ Pa
latii Apostolici Auditoribus, cęterisq; Iudicibus, tam in Cu-
ria, q̃ Prouinciis prędictis Commissariis, ac literis Aposto-
licis, super Cõmissionibus ipsis, tam sub plumbo, q̃ in for-
ma breuis confectis, necnon Inhibitionibus, & Mandatis,
illarum vigore decretis, parere, nisi pro eorum voluntate,
non curabant, imo contemnebant, & indebite recusabant:
illisq; non obstantibus, in causis ipsis, etiam ab eis aduoca-
tis, ad vlteriora procedere, necnon Inhibitiones decernere,
sententiasq;,& censuras promulgare, ac etiam diuersas cau-
sas, etiam Auditoribus prefatis cõmissas,& coram eis pendẽ
tes, ad se aduocare,& aliis delegare pręsumebant. Propter
quę, interdum in eadem causa,& inter easdem partes, per di-
uersos Iudices, ac in dicta Curia,& extra eã procedebatur:
& partes pręsertim, ad eandem Curiam, pro Cõmissionibus
hmôi impetrandis recurrentes,& illis obtentis, earum effe-
ctu carentes, expensis & laboribus grauabantur. ac iurisdi-
ctiones cõfundebãtur,& diuersa incõueniẽtia subsequebãtur.
Volẽs sup his salubriter prouidere: ex p̃missis, & certis aliis
causis, oĩa & singula, facultates, concessiones,& indulta, qui-
buscunq; dictę sedis Legatis, etiam de latere, etiam Cardina-
libus, ac Gubernatoribus, Cõmissariis, & aliis quibuscũq; Iu
dicibus, quocunq; nomine nuncupatis,& quauis etiam Pon
tificali dignitate fungentibus, tam Vrbis,& Curię, q̃ Pro-
uinciarum, ac locorum prędictorum, sub quibuscunq; teno
ribus,& formis, etiam per modum statuti perpetui,& cũ qui-
busuis, etiam a reuocationibus præseruatiuis clausulis, nec-
nõ irritantibus,& aliis decretis. etiã Motu simili, & ex qui-
busuis causis, per quoscũq; Rom. Pont. Prędecessores suos,

ac forsan per Sanctitatem suam, hactenus quolibet cócessa, & confirmata: quorum tenores, & formas, ac decreta in illis apposita, eadem Sanctitas sua, pro sufficienter expressis haberi voluit: quę, quo ad hoc, vt ipsi Legati, Gubernatores, Cómissarii, & Iudices, Cómissionibus Apostolicis, nisi manu Rom̃. Pontificis, aut etiam Motu proprio, ac als, sub certi modis, & formis (quę pro expressis habeantur) signat. fuerint, parere non teneantur: ac q̄ quascunq; causas, a quibuscuis Iudicibus ordinariis, & extraordinariis, etiam auctoritate sedis prędictæ, delegatis, & subdelegatis, etiam causarum Palatii huiusmodi Auditoribus, aduocare, & illas, aliis, quibusuis modis, & formis, audiendas, decidendas, & fine debito terminandas, delegare, seu committere possint, dũtaxat reuocauit, cassauit, & annullauit, ac pro non concessis haberi voluit: eisdemq; Legatis, Gubernatoribus, Cómissariis, & Iudicibus de cętero nullatenus suffragari posse, ac quicq̃d per eos, prętextu facultatum & Indultorum reuocatorum huiusmodi, attentari contigerit; nullius roboris, vel momẽti existere decreuit.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta regula Romę, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicę. M. D. X X X V I. Die vero Sabbati secunda mensis Septembris. Pont. S. &c. Pauli, &c. Papę. III. Anno Secũdo. Fe. de Cęsis Electus Tudertiñ. Custos.

¶ Regula qua declaratur, q̄ generalis expeditio gratiarũ Expectatiuarum, illarumq; Processuum Fulminatio, pro prima, fiet die. xxiiii. Nouembris; & pro secũda expeditione, in Caleñ. Martii proxime futur.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidẽtia, Papa. III. qui nuper innuerat, per eius Constitutionem, die. xxii. mẽsis Augusti proxime prętériti editam; pauperibus, & aliis clericis

ricis secularibus, & regularibus, gratias Expectatiuas, sub dat. Caleñ. mensis Septembris generaliter concedere, velle: Intendens in mense Nouembris proxime futuro, ad primã, & in Cal. mensis Martii, tunc proxime sequeñ. ad secundam expeditionem gratiarum earũdem procedere: hoc publico edicto, innotescere voluit omnibus, & singulis, qui de dicta prima expeditione, ex gratia Sanctitatis suę erũt, vel ex Priuilegio, aut antiqua consuetudine esse possunt, & debent, ꝙ die. xxiiii. mensis Nouembris proxime futuri, hora Vigesima Romę, in Palatio Apostolico, decernerentur Processus, super gratiis Expectatiuis, de dicta prima expeditiõe, seruata alias forma alterius Constitutionis suę Sanctitatis, super decreto, & fulminatione Processuum huiusmodi editæ, & dicta die. xxii. Augusti in Cancellaria Apostolica publicatæ: Ac cõmoditati expedientium ipsas Expectatiuas consulere volens; mandauit, ꝙ literæ Expectatiuarum huiusmodi, super quibus dicti Processus, dicta die. 24. mensis Nouẽbris decernentur, medio tempore, singulis diebus, per Cameram expedientur; & omnes illarum expeditiones, medio tẽpore faciendę, licet non vnico contextu, sed successiue fiãt vnica expeditio, & omnes Expectatiuę sic successiue expediendę; de prima expeditione esse, & censeri debeant: Decernens sic, per quoscunq; iudicari, & interpretari debere: ac irritum, &c.

Placet, publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnatioñ. Dominicæ. M. D. XXXVI. Die vero Sabbati. 14. Octobris. Pontificatus. S. D. N. Pauli, diuina Prouidentia Papæ III. Anno Secundo.

Iulius Gentilis Procustos.

Regula super prorogatione fulminationis Processuum gratiarum Expectatiuarum de prima expeditione, vsq; ad.xii. diem mensis Decēbris proxime futuri.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dn̄s Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. qui nuper, per suam Constitutionem, die.xxiiii. mēsis Octobris proxime præteriti in Cancellaria Apostolica publicatam, publico edicto, omnibus, & singulis, qui de prima expeditione gratiarum Expectatiuarum, ex gratia Sanctitatis suæ forent; vel ex priuilegio, aut antiqua consuetudine esse possent, & deberent, innotescere voluerat, ꝙ die.xxiiii. præsentis, tunc proxime futuri, mensis Nouembris, hora. xx. Romæ in Palatio Apostolico, decernerentur Processus super gratiis Expectatiuis de dicta prima expeditione, seruata al's forma alterius Constitutionis suę Sanctitatis, super decreto, & fulminatione processuū huiusmodi editæ, & die. xxii. mensis Augusti proxime pręteriti in eadem Cancellaria publicat. ac commoditati expedientium, ipsas Expectatiuas cōsulere volens: mandauerat, ꝙ literæ Expectatiuę huiusmodi, super quibus Processus ipsi dicta die.xxiiii. mensis Nouembris decernerentur, medio tempore, singulis diebus, per Cameram expedirentur; & omnes illarum expeditiones, medio tempore faciendæ, licet non vnico contextu, sed successiue fierent; vnica expeditio, & oēs Expectatiuę, sic successiue expediendæ, de prima expeditione esse, & censeri deberent: audiens literas Expectatiuas hmōi hactenus cōmode scribi, & expediri non potuisse; nec ob temporis breuitatem, ante dictam dié.xxiiii. mensis Nouembris expediri posse: Decretum & fulminationē Processuū hmōi, vsq; ad.xii. diem mensis Decembris proxime futuri prorogauit; & dictas Expectatiuas, medio tempore, singulis diebus expediri; & sic expediendas, de prima expeditione esse voluit, & declarauit; ac decreuit irritum, &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula, Romæ, atq; affixa Valuis, seu Portis Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ per Io. Philippum, præfati S. D. N. Cursorem. Die. xxi. mensis Nouembris, Anno Incarnationis. Dominicæ. M. D. XXXVI. Pontificatus præfati Sanctiss. &c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Tertio.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnation. Dominicæ. M. D. XXXVI. Die vero Veneris. xxiiii. mensis Nouembris. Pont. S. &c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Tertio.

Fe. de Cæsis Electus Tudertin. Custos.

¶ Regula sup prorogatione fulminationis Processuũ gratiarum Expectatiuarum, vsq; in diem. xxx. Decẽbris. 1536.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster. D. Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. qui nuper, per vnam, die. xxiiii. mensis Octobris proxime præteriti in Cancellaria Apostolica publicatam, omnibus, & singulis, qui de prima expeditione gratiarum Expectatiuarum, ex gratia Sanctitatis suæ forent, vel ex priuilegio, aut antiqua consuetudine esse possent, & deberẽt, innotescere voluerat: ꝙ die. xxiiii. proxime præteriti, tunc futuri, mẽsis Nouembris, hora. xx. Romæ, in Palatio Apostolico, decernerentur Processus super gratiis Expectatiuis: de dicta prima expeditione (seruata alias forma alterius constitutionis suæ Sanctitatis, super decreto, & fulminatione Processuum huiusmodi editæ, & die. xxii. mensis Augusti proxime præteriti in eadem Cancellaria publicatæ) & mandauerat, ꝙ literæ Expectatiuæ huiusmodi, super quibus Processus ipsi, dicta die. xxiiii. mensis Nouembris decernerentur, medio tempore, singulis diebus, per Cameram expedirẽtur: & omnes illarum expeditiones medio tẽpore faciendæ, licet non vnico contextu, sed successiue fierent vnica expeditio; & omnes Expectatiuæ sic successiue expediẽdæ, de prima expeditione esse & censeri deberent: Ac postmodum ꝑ aliã

eius ꝯstitutiones, ex certis tunc expressis causis, fulminatio nem Processuum huiusmodi, ad.xii. diem præsentis mensis Decembris prorogauerat, & dictas Expectatiuas, medio tempore, singulis diebus expediri, & expedientes, de pria expeditione esse voluerat, & declarauerat. Et eisdem causis fulminationem Processuum huiusmodi, vsq; ad.xxx. diem ipsius pręsentis mensis Decembris prorogauit, ac Expectatiuas ipsas, medio tempore, singulis diebus, expediri, et expedientes, de prima expeditione esse voluit, & declarauit: decernens irritum, &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnatioñ. Dominicę. M.D. XXXVI. Die Sabbati Nona mensis Decembris. Pontifi. S.&c. Pauli, &c. Papę. III. Anno Tertio.

Iul. Gentilis Procustos.

Regula; qua loco Reuereñ. D. Christ. Cassaneñ. tunc suæ Sanctitatis Datarii, ad Cardinalatus honoré assumpti, subrogatur Reuereñ. D. Petrus Eps Casartanus, in fulminatione Processuum gratiarum Expectatiuarum.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidētia, Papa. III. qui nuper, postq̃ Sanctitas sua, intendens gratias Expectatiuas in Cal. mensis Septembris proxime pręteriti concedere; per vnam.xxii. Augusti, voluerat, ꝙ in prima expeditione literarum gratiarum huiusmodi, Exequutores in illis deputati, qui tunc essent in Palatio Apostolico ad decernēdum Processus super illis parati: possent huiusmodi processus decernere, facta solum verbali literarum earūdem pręsentatione. Et ꝙ, tam super illis quarum Executores ibidem tunc essent, q̃ super aliis literis in prima expeditione hmói

tunc expeditis: Reuerendissimus in Christo Pater, Dñs Christophorus. S.R.E. presbyter Cardinalis tunc Eps Cassanen. & Sanctitatis suæ Datarius, posset Processus literarum primę expeditionis huiusmodi (perinde ac si in singulis literis prędictis Executor deputatus fuisset) decernere; ita tamen, q ii, quos Processus ipsi concernebant: deberent decreto Processuum huiusmodi, per se, vel per Procutores suos, ad hoc, ab eis specialiter constitutos, interesse, & de eodem decreto, aliquem ex Scriptoribus Archiuii Ro. Curię, & testes ibidem pñtes rogare. Ac per aliam. xxiiii. Octobris proxime pręteritorum, innotescere voluerat omnibus & singulis, qui de prima expeditione gratiarum earũdem, ex gratia Sanctitatis suę forent, vel ex priuilegio, aut antiqua cõsuetudine esse possent, & deberent: q die. xxiiii. proxime præteriti, tunc futuri, mensis Nouembris, hora. xx. Romæ, in Palatio prędicto, Processus, super gratiis ipsis, de dicta prima expeditione decernerentur: necnon per aliam. xxi. eiusdem Nouembris prędicti, fulminationem Processuum huiusmodi, ad. xii. ac demum, per reliquam cõstitutiones suas. ix. prę sentis Decembris mensium diebus, in Cancellaria Apostolica publicatas, ad. xxx. ipsius pñtis mensis Decembris, prorogauerat: Præfatum Reuerendissimum Dñm Christophorũ, ad Card nalatus honorẽ, Apostolica auctoritate assumpsit. Volens propterea, ne Fulminatio Processuum huiusmodi vlterius differatur, prouidere: Reuerendũ in Christo Patrem Dñm Petrum Episcopum Casertañ. Sanctitatis suę Prelatum domesticum, loco ipsius Reuerẽdiss. Dñi Christophori Cardinalis, quo ad Processus gratiarum hmõi, in eadem prima expeditione decernendos, substituit, & subrogauit: ac eũdem Dominum Petrum Episcopum Casertañ. Processus ipsos (seruata als, forma dictę constitutionis. xxii. Augusti publicatę) decernere posse voluit, decernens illorũ decretum, per ipsum dñm Petrum Epm, sub die. xxx. Decẽb. faciendum, illis, quos Processus hmõi, vt prefertur, concernunt, ac si per dictum R. D. Christophorum Cardinalem, tũc Epm Cassaneñ, decreti fuissent, suffragari debere: dictosq;

Scriptores Archiuii, eosdē Processus subscribere, libere & licite posse: sicq; ab oibus iudicari debere: irritū quoq;, &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romę, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnation. Dominicæ. M. D. X X X V I. Die Sabbati. xxx. mensis Decembris. Pontifi. S. &c. Pauli, &c. Papę. III. Anno Tertio.

Iul. Gentilis Procustos.

¶ Regula qua prorogatur expeditio Expectatiuarū: ac concessio, vt qui non expediuit in prima expeditione, suas literas, & Processus: possit expedire eas sub data expeditarū per totū mensem Ianuarii pn̄tis.

SANCTISSIMVS in Christo Pr̄, & Dn̄s noster, Dn̄s Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. postq̄ Sanctitas sua, intendens gratias Expectatiuas, in Cal. mensis Septembris proxime præteriti concedere: per vnam. xxii. Augusti, voluerat, q̄ in prima expeditione literarū gratiarū huiusmodi, Executores in illis deputati, qui tūc essent in Palatio Apostolico, ad decernendum Processus super illis parati, possent huiusmodi Processus decernere, facta solum verbali literarum earūdem pręsentatione: & q̄ tam super illis, quarum Executores ibidem tunc essent, q̄ super aliis literis in prima expeditione huiusmodi tunc expeditis: Reuereñ. in Christo Pater, Dn̄s Christophorus S.R.E. presbyter Cardinalis de Iacobatiis nuncupatus, tunc Eps Cassaneñ. & Sanctitatis suę Datarius: posset Processus literarum primæ expeditionis huiusmodi, perinde ac si in singulis literis prędictis Executor deputatus fuisset, decernere; ita tamen, q̄ ii, quos Processus ipsi concernebant, deberent decreto Processuum huiusmodi, per se, vel Procuratores suos, ad hoc ab

eis specialiter cōstitutos, interesse, & de eodem etiam decreto, aliquē ex Scriptoribus Archiuii Romanæ Curiæ, & testes ibidem præsentes rogare, decernens Processibus pro illis personis quarum nomina non forent in Rotulo suæ Sanctitatis descripta, decernendis; nullam fidem adhibendā fore, nisi vltra subscriptionem Scriptoris, & appositionem Sigilli officii ipsius Archiuii, per dictum dominum Christophorum Cardinalem, tunc Epm, in eorū calce, per hęc verba, videlicet. Christophorus Eps Cassaneñ. Datarius, subscripti forent. Ac per aliam. xxiiii. Octobris, innotescere voluerat omnibus, & singulis, qui de prima expeditione gratiarū earundem de gratia Sanctitatis suæ forēt, vel ex priuilegio, aut antiqua consuetudine esse possent, & deberent, ꝙ die Vigesimaquarta proxime præteriti, tunc futuri Nouembris, hora vigesima, Romę in Palatio prædicto, Processus, super gratiis ipsis de dicta prima expeditione decernerētur. Necnon per aliam. xxi. eiusdem Nouembris, Fulminationem processuū huiusmodi, ad. xii. ac demum, per aliam. ix. Decembris proxime pręteritorum, ad. xxx. dies ipsius Decembris prorogauerat. Et cum postmodum, pręfatum Reuerendissimum Dominum Christophorum Epm, ad Cardinalatus honorem assumpsisset, ne propterea fulminatio Processuū huiusmodi vlterius differretur, per reliquā cōstitutiōes suas eadem. xxx. Decembris mensium diebus, in Cācellaria Apostolica publicatas, Reuereñ. in Christo Patrem Dominū Petrum Episcopum Casertañ. Sanctitatis suæ Referendarium, loco ipsius Reuerendissimi Domini Christophori Cardinalis, quo ad Processus gratiarum huiusmodi, in eadem prima expeditione decernendos substituerat, & subrogauerat: ac eūdem Dominum Petrum Epm, Processus ipsos, seruata alias forma dictę cōstitutionis. xxii. Augusti publicatæ, decernere posse voluerat: ac illarum decretū, sub die. xxx. Decembris huiusmodi, per ipsum Dñm Petrum Episcopum faciendum, illis; quos Processus huiusmodi, vt præfertur, concernebant, perinde, ac si per dictum Reuereñ. dñm Christophorum Cardinalem, vt Episcopū Cassaneñ. decreti fuissent,

suffragari posse. Et tandem, dicta die. xxx. mensis Decembris, ad decretum Processuum, super dictis Expectatiuis, per praefatum Dnm Petrum Epm, als, iuxta ipsius constitutionis. xxii. Augusti publicatę formam, processum fuerat per eandem Sanctitatem suam, acceptoq́ꝙ plures, qui de dicta prima expeditiōe esse poterant, durante tempore prorogationis praedictae; literas super eorum gratiis Expectatiuis, variis de causis, nedum expediri, sed etiam scribi facere cōmode non potuerunt. Volens cōmoditati Expectantium huiusmodi consulere: decreuit, & declarauit, ac statuit, & ordinauit omnes & singulos, qui de dicta prima expeditione esse poterāt; literas gratiarum Expectatiuarum, vsq; ad diem trigesimam pn̄tis mensis Ianuarii expediri facere, ac Expectatiuas sic expeditas, & expediendas huiusmodi, de dicta prima expeditione esse, necnon decretum Processuum, per praefatum Dn̄m Petrum Episcopum, sub dicta die. xxx. Decēbris factum, eis suffragari debere: dictosq; Scriptores Archiuii, Processus ipsos, si alias de illorum decreto, cū specificatiōe collationū ipsarum Expectatiuarum, dicta die. xxx. Decembris rogati fuerint, & non als, sub eadem die. xxx. mensis Decembris: si vero tunc rogati non extiterint, sub data currenti subscribere, libere, & licite posse, ac Processus primae expeditionis huiusmodi, pro personis, quarū nomina in dicto Rotulo descripta nō fuerint, decretos, vltrā subscriptionem scriptoris, & appositionem Sigilli officii Archiuii huiusmodi, per eundem Petrum Epm, in eorum calce, per haec verba, videlicet. Petrus Episcopus Casertañ. subscribi: alioquin, nullam eis fidem adhiberi, & sic ab omnibus iudicari debere: irritum quoq;, &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romę, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnation. Dn̄icae. M. D. XXXVII. Die vero Veneris. v. mensis Ianuarii. Pontifi. S. &c. Pauli, &c. Papae. III. Anno Tertio.

Fe. de Cęsis, Electus Tudertiñ. Custos.

¶ Regula, quod nemo de expectantibus possit acceptare beneficia reseruata, seu, affecta, vigore quorūcunque Priuilegiorum concessorum Collegiis quorūuis, Officiorum suę. S. & Ro. Cu.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidētia, Papa. III. qui dudum per certas eius constitutiones. xxii. mensis Augusti, Pontificatus sui, Anno secūdo, publicatas, statuit, & ordinauit, ac voluit, quod nullus, vigore cuiusuis gratiæ Expectatiuę, quodcunque beneficium ecclesiasticū, dispositioni apostolicę specialiter reseruatum, vel ex generali apostolica reseruatione affectum, etiam si alias, sub hmōi gratia comprehendi videretur, acceptare, & de illo sibi prouideri facere posset, seu deberet; Decernens irritum, & inane, quicquid secus super his, a quoq̄, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigeret attentari, nec aliquis expectās, vigore alicuius priuilegii, sibi etiam cōtemplatione Collegii, seu Collegiorum, de quorum numero existerent, concessi; beneficiū generaliter reseruatum, aut ex generali reseruatione Apostolica affectum, etiam si alias, sub Expectatiua sibi concessa, etiam vigore Priuilegii, Officialibus .S. suę concessi, comprehendi videretur; aut deberet, acceptare, & de illis sibi prouideri posset: sicque per quoscunque Iudices iudicari deberet: ac irritum, & inane, &c. & ad cuius auditum peruenit, quod a nōnullis asseritur, statuto, & ordinatione, ac volūtate suis prædictis, non obstan. beneficia dictæ dispositioni generaliter reseruata, seu affectā, prætextu gratiarum Expectatiuarū, per nōnullos Rom. Curiæ Officiales, vigore Priuilegiorū & Indultorum Apostolicorū, eis ad id concessorū, quasi eis, per constitutiones prædictas, saltem sufficienter derogatum non sit, acceptari, & de illis sibi prouideri posse: volens omnem in præmissis hesitatiōis materiam submouere: statuit, ordinauit, declarauit, & decreuit, quod prætextu quarūuis gratiarum Expectatiuarum, aut illarum collationū, mutationū, extensionum, seu reualidationū, per Sanctitatem suam, etiā

Motu proprio,& aľs,quomodolibet concessarum, vel concedendarum,etiam vigore quorũcunq; Priuilegiorũ,& Indultorum Apostolicorum,quibusuis,etiam Romanę Curię Officialibus,aut Collegiis,sub quibuscunq; tenoribus,& formis(quæ Priuilegia,& Indulta,ac si de verbo ad verbũ insererentur,pro expressis haberi voluit)ac cũ quibusuis,etiã Præseruatiuis clausulis,& declarationibus,ac decretis, etiã vim cõtractus inducentibus,desuper concessorũ,& etiam per Sanctitatem suam approbatorum,& innouatorũ, vel concessorum: quæ quidem beneficia reseruata,vel affecta huiusmodi,nullatenus acceptare,nec de illis sibi prouideri facere posse: aut acceptationes, & prouisiones de illis faciendas, pro nullis,& viribus vacuis haberi, nullumq; effectum sortiri debere: sicq; per quoscunq; iudices,&c. Sublata, &c. iudicandum fore: irritum quoq;,&c.

Placet publicetur,& describatur. A.

Lecta,& publicata fuit suprascripta Regula Romę,in Cancellaria Apostolica,Anno Incarnatioñ. Dominicæ. M.D. XXXVII. Die Sabbati.xxvi.mensis Maii. Pontifi. S.&c. Pauli,&c. Papæ. III. Anno Tertio.

Iul. Gentilis Procustos.

¶Regula, super mensibus Ordinariorum,facta.

SANCTISSIMVS in Christo Pater,& Dominus noster,Dñs Paulus,diuina prouidentia,Papa. III. cui innotuit,ꝙ nõnulli asserunt beneficia ecclesiastica, ad quæ, præsentatio personarum idonearũ, Collatoribus, seu Collatricibus,ac aliis inferioribus: Institutio vero personarum huiusmodi,sic pro tẽpore pręsentatarum. S.R.E. Cardinalibus,de iure,vel consuetudine,aut aľs, ratione alicuius Metropolitañ, vel Cathedralis Ecclesię, aut Monasterii, seu Prioratus,vel aliorum beneficiorum per eosdem Cardinales,in Titulum,vel Cõmendam,aut aľs,obtentorũ,spectant, & pertinẽt,etiam in Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulii, Augusti, Octobris,& Nouembris mensibus S. suæ, per eius

constitutionem, die. xv. mensis Decembris, Pontifi. sui, Anno. 1. in Cancellaria Apostolica publicatam, reseruat. pro tempore vacantia, sub indultis eorūdem Cardinalium, per quæ eis, tam per Sanctitatem suam, q̄ alios Rom̄. Pont. eiusdem Sanctitatis suæ Prædecessores, vt ipsi Cardinales, de beneficiis ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus, & ordinum quorūcunq; regularibus, etiam si dispositioni apostolicæ, specialiter, vel generaliter, reseruata forent: ad eorū collationem, prouisionem, pręsentationem, electionem, institutionem, seu quāuis aliam similem, vel dissimilē dispositionem, ratione Ecclesiarum, quibus pręerant: ac Monasteriorum, & Prioratuum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, secularium, vel regularium, quæ in titulum, vel cōmendam, seu administrationem, aut alⁱs, obtinebant, seu imposterum obtinerent, cōmuniter vel diuisim pertinentibus, extra Romanam Curiam, pro tempore vacaturis, per se, vel alios, libere disponere possint, ac si gratiæ Expectatiuę, speciales vel generales reseruationes, & aliæ cōstitutiones a Sede Apostolica non emanassent, seu emanarent, concess. existit; & non sub sua huiusmodi, & similibus Prædecessorum suorum constitutionibus, reseruatoriis, seu gratiis Expectatiuis, compręhensa fuisse, & esse, ac compręhendi, nec per suam, & Prædecessorum prædictorum constitutiones reseruatorias huiusmodi, suæ, & eorūdem Prædecessorum, dispositioni generaliter reseruata fuisse, aut esse, nec cēseri debuisse, aut debere, neq; gratias per Sanctitatem suam, & Prędecessores huiusmodi, de bñficiis prædictis sic vacañ. aut quæ tunc, sic vacarūt, quibusuis personis ecclesiasticis factas, suos plenarios effectus sortiri, nec quarūcunq; gratiarum Expectatiuarum huiusmodi vigore, acceptari potuisse, vel posse. Volens, ne personę prędictæ, gratiarum ipsarum effectibus destituantur, illarumq;, & expectantium prædictorum, indēnitati prouidere, ac lites quo ad huiusmodi personas, & expectantes, motas, & mouendas, amputare; statuit, & decreuit beneficia qualitercūq; qualificata prędicta, ad pręsentationem inferiorum Collatorum, & Collatricum huiusmodi,

ſpectantia,& pertinentia,etiam ſi inſtitutio perſonarum ad illa,per eoſdem inferiores,tunc & pro tépore pręſentatarum,ad pręfatos Cardinales,de iure,vel conſuetudine,, aut aľs,ratióe Eccleſiarum,vel Monaſteriorum, aut Prioratuũ, ſeu aliorum beneficiorum prędictorum,per eos,tũc, & pro tempore obtentorum,& obtinendorũ,ſpectauerit, & pertinuerit, ac ſpectet, & pertineat,ſub ipſorũ Cardinalium, indultis huiuſmodi, prętextu illius verbi inſtitutioné,& quarumuis aliarum ſpecialium,vel generalium clauſularum in illis forſan appoſitarum,minime comprꝥhenſa fuiſſe, aut eſſe,neq; comprꝥhédi debuiſſe,vel debere: Sed beneficia huiuſmodi,quę etiam,durante dicta ſua, & prꝥdeceſſorũ ſuorum conſtitutionibus reſeruatoriis,etiam in menſibus prꝥ dictis vacarunt,per eandem conſtitutioné,,diſpoſitioni ſuꝥ & prędeceſſorum huiuſmodi,generaliter reſeruata fuiſſe,, & eſſe,ac cenſeri debuiſſe,& debere: & per Sanctitatem ſuam,& Prꝥdeceſſores prꝥfatos,ſeu ſedé apoſtolicam,de illis libere diſponere,& ab eadé Sanctitate ſua,& ſuis Prędeceſſoribus, ſeu ſede prędicta,impetrari;necnon etiam,ſua,& Prędeceſſorum huiuſmodi, ceſſantibus conſtitutionibus reſeruatoriis prꝥdictis, per expectátes apoſtolicos,acceptari potuiſſe,& poſſe;nec decreta,in indultis Cardinalium huiuſmodi appoſita,in eiſdem beneficiis operari, aut locum ſibi vendicari,neq; illorum prꝥtextu,quominus beneficia ipſa acceptari,& de illis,per Sanctitatem ſuam,& prꝥdeceſſores, ſeu ſedem apoſtolicam prꝥdictam,prouideri potuerint,& poſſint,ius prꝥſentandi etiá inferioribus Collatoribus,& Collatricibus prędictis,illęſum,prꝥſeruari debuiſſe, & debere, etiam in omnibus,& perinde,ac ſi indulta prędicta nó apparuiſſent,ſeu appaterent,& in eis ſpáliter,& expreſſe,beneficia huiuſmodi exceptuata fuiſſent,& eſſent,ac quaſcũq; collationes,prouiſiones,prꝥſentationes,inſtitutiones,& alias diſpoſitiones,de illis,per eoſdem Cardinales, ſeu eorũ Vicarios,vel alios,pręteхtu Indultorum huiuſmodi,tam noſtris, q̃ Prędeceſſorum prꝥdictorum téporibus,factas, & de cꝥtero faciendas; nullius roboris, vel momenti fuiſſe, vel

esse, nullumq; effectum sortiri, nec per illas cuicunq;, qualitercunq; qualificato, ius aliquod, ac coloratum quendam titulum acquiri potuisse, seu posse, nec acquisitum fuisse, vel esse, sed gratias ipsas, de beneficiis huiusmodi, ad inferiorum præsentationem, & Cardinalium præfatorum institutioné spectantibus, sic vacantibus, aut quę tunc sic vacarunt, per Sanctitatem suam, & Prædecessores præfatos, factas, & faciendas, necnon literas, & Processus desuper habitos, seu habendos, & indesecuta quęcunq;, valuisse, & valere, ac plenã roboris firmitaté obtinuisse, & obtinere, & suos plenarios effectus sortiri, personisq; prædictis in omnibus, & per omnia suffragari, ac eis valida & efficacia reddi potuisse, & posse. Et sic in præmissis omnibus, & singulis causis, super huiusmodi beneficiorum, tam per Sanctitatem suam, q̃ Prędecessores, seu sedem apostolicam prædictos, sic vacañ. vel quę tunc sic vacarunt, & inantea vacabunt, personis prædictis collatis, & conferendis, motis, & mouendis, in quibus sententię latæ non fuerint, per quoscunq; iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales: Sublata, &c. iudicari & diffiniri debere: irritum quoq;, &c. statuto, ordinatione, decreto, & declaratione suis, in crastinũ suæ, & tunc Prædecessorum prędictorum assumptionibus editis: quibus Sanctitas sua, & Prædecessores hmõi, voluerũt Cardinales in Constitutioñ. per S. suam, & prædecessores pręfatos, ex tunc edendis, & publicãdis, non compręhendi, nisi illæ eorum fauorem concernerent; vel ipsę Constitutiones, de corũdem Cardinalium, seu maioris partis eorum consilio, editæ forent: ac quibusuis etiam suis, & Prædecessorum prædictorum Cãcellarię Apostolicæ regulis, etiã de non tollendo iure quęsito, disponẽtibus, nequaq̃ obstãtibus, præfatorum Indultorum, & Cardinalium, ac Prouisorum expectãtium beneficiorũ, & dioc. in quibus vacarunt, vacant, vel vacabunt, formas, tenores, cõtinentias, nomina, & qualitates, ac fruct. red. & proueñ. & possessiones inde subsecut. pro latissime express. habens.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta regula Romę, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicę. M. D. X X X V II. Die vero Sabbati secunda, mensis Iunii. Pont. S. &c. Pauli, &c. Papę. III. Anno Tertio.

Iul. Gentilis Procustos.

¶ Regula, super beneficiis Commensalium Prędecessorum suorum, & Sanct. suae, sub Constitutione fe. re. Benedicti .xii. compraehens.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidētia, Papa. III. qui in crastinum suę assumptionis ad summi Apostolatus apicem, per eius Constitutionem in Cancellaria Apostolica publicatam, reseruationes fecit similes illis, quę in Constitutione fe. re. Benedicti Papae. XII. Sanctitatis suae Prędecessoris, quae incipit: Ad regimen, continentur: & illas locum habere voluit, etiam si Officiales in eadem Constitutione expressi, Apostolicae sedis Officiales, ante eorum obitum esse desinerent, quo ad beneficia, quae tempore quo Officiales erant, obtinuerant; & cui innotuit, ꝙ a nonnullis, Benedicti. xii. huiusmodi, & illi, similes aliorum Rom̄. Pontificū, etiam Sanctitatis suae Praedecessorum Constitutiones, in cōtemptionis scrupulum, nimis curiosa interpretatione trahētibus, asseratur per verba illa, videlicet: necnon Commensalium, & aliorum quorūlibet Capellanorum sedis eiusdem, in Constitutione Benedicti Papę. xii. huiusmodi apposita: praefatum Benedictum Praedecessorem tantum, modo suorum eo viuente, & non Rom̄. Pontificum Praedecessorum suorum familiarium continuorum Cōmensalium, beneficia reseruasse, nec beneficia familiarium continuorum Cōmensalium Romañ. Pontificum, etiam Sanctitatis suae Prędecessorum, sub eiusdem Sanctitatis suę Constitutionibus hmōi, compręhensa, nec illa per eorundē familiarium continuorum Cōmensalium Ro ñ. Pontificum huiusmodi obitū pro tempore vacantia, per dictas Constitutiones suas, dispositio

ni suæ reseruata, seu affecta fuisse, aut esse, neq; censeri debuisse, neq; debere, ac varias exinde lites exortas fuisse, & indies verisimiliter exoriri posse: volens hmôi dubitationis scrupulum, & lites submouere; statuit, decreuit, & declarauit quęcunq; beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura secularia, & quorumuis ordinum regularia, cuiuscunq; qualitatis existentia, familiarium cõtinuorum Cõmensalium quorũcunq; Rom. Pontificum Prædecessorum suorũ, tam sub Benedicti, per illa verba, videlicet: necnon Commensalium, & aliorum Capellanorum sedis eiusdem, q̃ similibus aliorum Ro. Pontificum Prædecessorum prędictorum, & eiusdē Sanctitatis suę Constitutionibus hmôi, cõpręhensa, & per easdē Cõstitutiones, bñficia ipsa, per obitum familiariũ ꝯtinuorũ Cõmensalium Ro. Pont. Prædecessorũ prędictorum tũc vacantia, & inantea vacatura. S. suę, & Prędecessorũ prædictoꝝ, dispositioni reseruata, & affecta fuisse, & esse, & de illis, per alios q̃ S. suam, aut Prædecessores præfatos, pro tēpore factas collationes, & alias dispositiones quascunq;, nullas, & inualidas, nulliusq; roboris vel momēti, aut efficaciæ fuisse & esse, nec per illas, cuiq; ius acquiri potuisse, neq; posse, sicq; in quibusuis causis, motis, & mouendis, ac quibusuis illarum instantiis, per quoscunq; Iudices, & Commissarios, etiam Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Card. non expectata a nobis alia declaratione, ac sublata, &c. iudicari, & diffiniri debuisse, & debere: irritum quoq; &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarñ. Dñicę. M.D.XXXVII. Die vero Sabbati. 2. mensis Iunii, Pont. præfati. S.D.N. Pauli, diuina prouidentia, Papę. III. Anno Tertio.

Iul. Gentilis Procustos.

¶ Regula sup prorogatione Expectatiuarũ, vsq; ad annũ.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidentia, Papa. III.

qui al's, per Cōstitutionem suam, die.xxi. Augusti, Pontifi. sui Anno Secundo publicatam, inter alia voluerat, ꝙ pro pauperibus clericis beneficiandis, darentur vsq; ad annum, & non vltra, literæ in forma tunc expressa: Quia ad aures suę, Sanctitatis peruenit, ꝙ ab aliquibus dubitatur, an dictus annus, a die publicationis prædictę, vel die dat. ipsarum Expectatiuarum, videlicet Cal'. Septēbris, Pontificatus sui, Anno prædicto, aut al's, computari debeat. Volens huiusmodi dubitationem suæ declarationis oraculo amputare; declarauit annum prædictum, a die dat. Cal'. Septembris computari debere; & Expectatiuas in eadem forma, medio tempore expeditas, cum indesecutis, validas existere; Et insuper, eorūdem pauperum indēnitati prospicere, & ne illis, qui gratias in dicta forma nondum expediuerunt, via illa impetrandi pręcludatur, prouidere intendens: voluit, ꝙ gratiæ in forma prędicta, vsq; ad alium annum a die publicationis pñtis constitutionis computandum, expediri possint.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romę, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ. M.D. XXXVII. Die Sabbati prima Septembris. Pontifi. S. &c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Tertio.

Iul. Gentilis Procustos.

¶ Regula, super Reuocatione Expectatiuarum, & aliarum gratiarum, al's, per Sanct. suam innouatarū, & concessarū, ac diuersis tēporibus, & sub die. xxii. Augusti. Pont. eiusdem, Anno Secundo, in Cancellaria Apostolica publicatarū.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidentia, Papa Tertius, qui alias, intendens gratias Expectatiuas concedere, vt expectātes ipsi, ex eorum gratiis Expectatiuis, fructum reportare possent: Constitutiones, siue Regulas reuocatorias

rias specialium reseruationum, per Sanctitatem suam editas, & in Cancellaria Apostolica, diuersis temporibus, publicatas, innouando: Omnia, & singula, Expectatiuas, & alias gratias, ad vacatura beneficia, & speciales reseruationes, mādata de prouidendo & conferendo, seu alīs disponendo, per Sanctitatem suam, & Apostolicæ sedis Legatos, quibusuis personis, & Collegiis concessa, per Constitutionem suam, die. xxii. mensis Augusti, Pontificatus sui, Anno Secundo, in dicta Cancellaria publicatam, reuocauit. Et postq̄ gratias Expectatiuas huiusmodi concesserat: ad nonnullorum importunam instantiam seu preces, aut ex aliis causis; alias reseruationes, & gratias, ac mandata, ad beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia & regularia etiam dispositioni apostolicæ generaliter reseruata, etiam cum suspensione Expectatiuarum, & aliarum gratiarum, in præiudiciū ipsorum expectantium, diuersis personis concessit, Volens indemnitati eorundem expectantiū prospicere: Quascunq; gratias (præterq̄ Expectatiuas, iuxta formam Constitutionum siue Regularum Sanctitatis suæ desuper editarum) expeditas, ac vniones temporales, & alias, citra accessus & regressus, ac de consensu Coadiutorias, concessiones ad vacatura beneficia, eorumq; reualidationes, extensiones, collationum mutationes, necnō (præterq̄ super quibus per Cancellariam Apostolicam, literæ in forma solita expediri cō sueuerunt) speciales reseruationes, necnon nominationes, ac nominandi facultates, & mandata de prouidendo, de beneficiis ecclesiasticis vacaturis, seu illa commendando, aut alīs, disponendo (præterq̄ in forma Capituli Mandatum in Francia) quibusuis personis, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, existant, etiam si Cardinalatus honore, aut Legationis munere, vel alia ecclesiastica seu mundana dignitate præfulgeant, ac etiam Indulta, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, vel aliis locorum ordinariis, cæterisq; ordinariis Collatoribus, quoad vixerint, seu ad aliud tempus, disponendi de beneficiis ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, ad eorum collationem, seu quamuis

aliam dispositionem, in aliis q̃ alternatis, seu eisdem ordinariis Collatoribus, per Sanctitatem suam concessis & concedendis mensibus, ab eadem Sanctitate sua, & sede prędicta, seu eius Legatis, etiam Motu proprio, & ex eius certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, aut aliorum Principum consyderatione, & ex quibusuis, etiam vrgentissimis caussis, ac cũ quibusuis declarationibus, & mentis Sanctitatis suæ attestationibus, & a reuocationibus præseruatiuis, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis, necnõ irritantibus, & ꝓ illa, ex tũc effectum sortita sint, & plenum ius in re acquisitum censeatur, ac illis, non nisi sub certis modis & forma in eis expressis, vel de consensu eorum, quibus concessa forent, aut illa nullatenus reuocari possent. Et sic per quoscunq; Iudices iudicari debeat, aliisq; efficacioribus, etiam vim Contractus inducentibus, decretis, etiam de consensu ordinariorũ Collatorum, & aľs, quomodolibet concessa, approbata, & innouata. Quorum omnium tenores, & formas, ac decreta in illis apposita; Sanctitas sua, pro expressis haberi voluit, quo ad ea, in quibus, vere & realiter, ac aliter, q̃ ex decreto in eis apposito non erant effectum sortita, reuocauit: ac irritum & c. decreuit.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnatioñ. Dominicę. M.D. XXXVII. Die vero Martis secunda Mensis Octobris. Pontificatus præfati Sanctissimi Domini nostri, Domini Pauli, diuina prouidentia, Papę. III. Anno Tertio.

Iul. Gentilis Procustos.

¶ Regula, qua declaratur, propter eiusdē. D.N. ab vrbe discessum, non duas, sed tantum vnā existere Curiam Romanā. & tam eandem Sanctī. sequentes, q̃ in vrbe residentes solitis gaudere facultatibus, &c. iudicia vtrobiq; agitata iusta haberi.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidētia, Papa. III. vt se ad colloquium cum serenissimo Cæsare, & Christianissimo Francorum Rege, pro vniuersali concordia tractanda conferat; & aliās, ad certum tempus ab vrbe se absentare habens: omnibus Officialibus Ro. Cu. videlicet, tam illis, qui Sāctitatem suam sequentur, q̃ iis qui in dicta vrbe remanebunt, prouidere volens: statuit, ordinauit, decreuit, & declarauit, eorum, qui Sāctitatē suam sequentur, & eorū, qui in dicta vrbe remanebunt, tam S.R.E. Cardinalium, q̃ Officialium, & Curialium, & aliorum quorumcūq; eandem Curiam sequen̄. vnicam tantum Romanam Curiam, & non duas Curias, existere: & singulis eorum omnibus, & singulis, ac illis prorsus antelationum Prærogatiuis, declarationibus, indultis, facultatibus, concessioñ. & consuetudiñ. etiam quo ad acceptationes, & prouisiones beneficiorum ecclesiasticorum, sub gratiis Expectatiuis, collationum mutationibus, & extensionibus, ac aliis gratiis præuentiuis eis concessis, & concedendis apprahensorum, faciendas: quibus Cardinales, Officiales, & alii Curiales prædicti, dum eadem Sanctitas sua cum eadem Curia in dicta vrbe residebat, de iure, & de consuetudine vtebantur, potiebantur, & gaudebāt, seu vti, potiri, gaudere poterant: vti, potiri, & gaudere posse, & debere: & ꝙ publicationes huiusmodi acceptationum, & prouisionum, per eos, qui in dicta vrbe residebunt, ac etiam per illos, qui eandem Sanctitatem suam sequentur; eorum, licet absentiū, nomine, si maluerint, in Ecclesia vrbis solita, per eosdem, qui eandem Sanctitatem suam sequentur, in lo lo vbi Cancellariam Apostolicam residere contigerit, seu alio loco, ad affixiones, seu lecturam rescriptorum Apostolicorum, seu citationes per edictum publicū faciendas, quā

deputari contigerit, fieri, & publicari possint, valideq; & efficaces existant, ac si illæ omnes in dicta Ecclesia, seu temporibus feriarum in Cancellaria Apostolica, eadem Sanctitate sua residente in vrbe prædicta fierent; similesq; citationes, etiam per edictum publicum, aut etiam in contumacia partium, per Audientiam Contradictarum faciendæ, per Auditores causarum Palatii Apostolici, seu locumtenen. eorundem, & Auditorem Cameræ, vel eius Locűtenentem, & alios Rom. Cu. Officiales, & iudices delegatos in dicta Cu. qui in dicta vrbe residebunt, in dicta Ecclesia vrbis, & acie Campi Floræ, vt alias moris est, per Auditores vero, seu Locaten. & alios supradictos, qui eandem Sanctitatem suã sequentur; in causis, quas per eos ibidem forsan tractare contigerit, in loco Cancellariæ suæ, & publicationem, vel lecturam rescriptorum apostolicorum deputando, vt præfertur, fieri possint, & factæ, validæ existant, ac si sua Sanctitas in dicta vrbe personaliter existeret, & ibidem legitime factæ fuissent. Insuper, idem D. noster, pro faciliori litigantium expeditione: voluit, & mandauit, ꝙ in causis tam criminalibus, q̃ ciuilibus, tam in petitorio, q̃ in possessorio, & al's, super quibuscunq; rebus, in iuribus cognoscendis, deciden. & finali cum executione terminandis, & aliis iuris viis, & remediis intendendis Auditoribus prædictis, vel Locaten. suo nomine, vel tanq̃ subrogat. illorum Auditorum, seu Locatenen. qui Sanctitatem suam sequentur; Commissionum distributio (vt moris est) fieri debeat, & tam in prædictis, q̃ aliis sibi hactenus commissis causis, per eosdem procedi, sententiari, & executio debita fieri valeat, necnõ per dictum Auditorem Cameræ, seu eius Locumtenen. in causis, ad eius iurisdictionem ordinariam, vel etiam per Commission. tam factas, q̃ de cætero faciendas spectantibus, similiter procedi, iudicari, & quæuis executio fieri possit, perinde ac si item Auditor, tã Palatii sui, q̃ Cameræ Apostolicæ Locatenen. & alii Iudices, & Commissarii præfati, cum Sanctitate sua, in eadem vrbe, in Curia Romana, sicut ante discessum suæ Sanctitatis residerent, & causas cognoscerent, & sua Officia exercerent; &

eandem Curiam censeri voluit, quo ad beneficia, quæ tam in dicta vrbe, q in Ciuitate, ad quam Sanctitas sua se contu lerit, vel permanserit, & infra duas dietas, a dicta Ciuitate, in qua pro tempore fuerit, vacauerint, vt nullus de illis, præter Sanctitatem suam, disponere possit, præsentem Constitutionem a die recessus suę Sanctitatis, etiam ante illius publicationem ligare: irritum quoq; decreuit.

Placet, publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnation. Dominicæ. M. D. XXXVIII. Die Martis, 26. Martii. Pontificatus. S. D. N. D. Pauli, diuina Prouidentia Papæ III. Anno Quarto.

Iul. Gentilis Procustos.

Regula declaratoria Regulæ reseruationis Mensium Apostolicorum.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidentia, Papa III. qui dudum Prædecessorum suorum vestigiis inhærendo: gratias Expectatiuas, pauperibus & aliis clericis, secularibus, & regularibus, in principio mensis Maii tunc proxime futuri, concedere disposuerat, Cupiens interim, donec prima generalis expeditio gratiarum earundem, per Sanct. suam concedendarum, fieret pauperibus eisdem, & aliis benemeritis personis, de beneficiis ecclesiasticis prouidere: per eius constitutionem, die decimaquinta mensis Decembris, Pontificatus sui, Anno primo, in Cancellaria Apostolica publicatam: Omnia & singula beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, qualitercunq; qualificata, secularia, & ordinum quorumcunq; regularia, vbilibet existentia, in singulis Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iunii, Augusti, Octobris, & Nouembris mensibus, donec eadem generalis expe

ditio fieret, alias q̃ per resignationem extra Ro. Cu. vacatura, ad collationem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem quorumcunq; Collatorum, & Collatricum, secularium & regularium (non tamé. S.R.E. Cardinalium) nec sub concordatis inter sedem Apostolicam, ac quoscunq; alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerant, acceptatis, ac obseruatis, quæ lædere non intendebat, compræhensorum, quomodolibet pertinentia, dispositioni suę generaliter reseruauit: Et voluit, q̄ in Supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam Motu proprio fierent: de mense in quo vacarent, dispositiue mentio fieret: alioquin, gratiæ huiusmodi essent nullæ. Et cui innotuit, q̄ a nonnullis asseratur constitutionem prædictam, pro eo, q̄ in illa, aliud decretum, q̃ nullitatis gratiarum de beneficiis sub illa compræhensis, absq; expressione mensis vacationis illorum, per Sanct. suam faciendarum, appositum non extiterit: prouisiones de eisdem beneficiis, per Collatores & Collatrices præfatos faciendas, nõ inficere, ac literas, super prouisionibus, de beneficiis sub eadem constitutione compræhensis, per eandem Sanct. suam factis, cum narratiua irritantis decreti: expediri non potuisse, ac q̄ peritorũ opiniones, & disceptationes desuper exortæ fuerunt: Attendens Sanctitatem suam, per constitutionem prędictam, beneficia in dictis Octo mensibus vacatura, sic dispositioni suæ reseruare voluisse, ac per reseruationem huiusmodi per manus suę S. appositionem, in dictis beneficiis, effectum productum esse, & Ro. Pontificis manus appositionem tantæ efficacię, & virtutis existere, vt nullus alius de illis libere disponere possit: sicq; constitutionem ipsam decretum irritans, in se virtualiter continere: ac volens omnem in præmissis hesitandi materiam, suæ declarationis oraculo submouere: declarauit nullum, præter Sanct. suam, de beneficiis sub dicta constitutione compræhensis, quæ post illius publicationem, in Octo mensibus prædictis vacarent, disponere potuisse: ac quascunq; collationes, prouisiones, & alias dispositiones, de

illis, per alios q̃ Sanct. suam factas, nullius roboris vel momenti fuisse, ac per illas, ius cuiq; acquiri non potuisse, ac literas super prouisionibus, de beneficiis ipsis, per eãdem Sanctitatem suam factis, cum narratiua, & appositione irritantis decreti, expediri potuisse; illasq; validas & efficaces, fuisse, & esse, suosq; debitos effectus sortiri potuisse, & debere: Et sic per quoscunq; Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, in quibuscunq; causis motis, & mouendis, ac quibusuis illarum instantiis (sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate, & auctoritate) iudicari, & diffiniri debere: irritum quoq;, &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Placentiæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ. M.D.XXXVIII. die vero Sabbati prima mẽsis Iunii. Pótificatus. S. &c. Pauli, &c. Papę. III. Anno Quarto.

Iul. Gentilis Procustos.

¶ Regula super reuocatione Mandatorum Apostolicorũ.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidẽtia, Papa, III. qui dudum, postq̃ gratias Expectatiuas concesserat; per vnã xxvi. Maii, statuit, ordinauit, declarauit, & decreuit prætextu gratiarum Expectatiuarum, per S. suam quomodolibet concessarum, & concedendarum, etiam vigore quorumcũq; Priuilegiorum, & Indultorum Apostolicorum desuper concessorum, beneficia ecclesiastica, dispositioni Apostolicę generaliter reseruata, vel ex generali apostolica reseruatione affecta, nullatenus acceptari, nec de illis prouideri posse: ac per aliam constitutiones suas, secunda Octobris mensis die, Pontificatus sui, anno Tertio, in Cancellaria Apostolica publicatas; quascunq; gratias, & concessiones ad vacatura

beneficia, (prçterq̃ Expectatiuas) necnon speciales reserua tiones, & mandata de prouidendo, seu al's. disponendo, per Sanct. suam & sedem Apostolicam, quibusuis personis concessa, reuocauit. Quiq; postmodum, diuersas reseruationes, & gratias, & mandata ad vacatura beneficia, etiam eidem dispositioni Apostolicę generaliter reseruata, etiã cũ suspensione Expectatiuarum, & aliarum gratiarum, pluribus personis concessit, ne occasione tot gratiarum, & mandatorũ, inter illa obtinentes, variæ lites orirentur: ac ex aliis rationabilibus causis, constitutiones suas prædictas innouando: omnes & singulas gratias (non tamen Expectatiuas) iuxta formam constitutionum, seu Regularum Sanctitatis suę desuper editarum, expeditas (præterq̃ quoad beneficia, dispositioni pręfatę generaliter reseruata seu affecta) ac vniones temporales, & alias, citra accessus, & regressus, ac de consensu Coadiutorias, concessiones ad vacatura beneficia, eorumq; reualidationes, extensiones, & collationum mutationes: necnon (prçterq̃ super quibus per Cancellariam prædictam, literæ in forma solita expediri consueuerunt) speciales reseruationes, ac nominationes, necnon nominandi facultates, Mandata de prouidendo de beneficiis ecclesiasticis vacaturis, & illa commendando, aut al's, de illis disponendo (præterq̃ in forma Capituli Mandatũ in Francia) quibusuis personis, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, etiam si Cardinalatus honore, seu Legationis munere, vel alia ecclesiastica, seu mũdana dignitate prçfulgeant; etiam de consensu ordinariorum Collatorum; necnon omnes, & singulas facultates, & indulta quæcunq;, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinariis, cæterisq; ordinariis Collatoribus, quoad vixerint, & ad tempus, disponendi de beneficiis ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus, & regularibus, ad eorum collationem, seu quamuis aliam dispositionem spectañ. in aliis, q̃ alternatis, seu eisdem ordinariis Collatoribus concessis, & concedendis mensibus, ab eadem Sanct. sua, & sede prædicta, seu eius Legatis, sub quibuscunq; tenoribus, & formis,

etiam Motu proprio, & ex eius certa scientia, ac de aposto
licę potestatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Du
cum, & aliorum Principũ consyderatione, & ex quibusuis,
etiam vrgentissimis causis, ac cum quibusuis declarationi-
bus, & mentis Sanctitatis suę attestationibus, & a reuocatio-
nibus Pręseruatiuis, aliisq;, etiam derogatoriarum dero-
gatoriis, ac efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irri-
tantibus, & quod illa, extunc, effectum sortita sint, & plenum ius
in re acquisitum censeatur, ac illis, non nisi sub certis modo
& forma in eis expressis, vel de consensu eorum, quibus cõ
cessa fuerint, aut illa nullatenus reuocari possint: & sic per
quoscunq; Iudices iudicari debeat, aliisq; efficatioribus, etiã
vim Contractus inducentibus, decretis, concessas, & conces-
sa, ac approbatas, & approbata: quorum omnium tenores,
formas, & decreta in illis apposita, Sanctitas sua pro expres
sis haberi voluit, quo ad ea, in quibus, vere, & realiter, ac ali
ter, quam ex decreto in eis apposito, non erant effectum sortita,
ex die Cal. Martii proxime futuri reuocauit: statuitq;, ordi
nauit, declarauit, & decreuit prętextu quarumcunq; gratia-
rum Expectatiuarum, aut illarum collationum, mutationũ,
extensionum, reualidationum, per Sanct. suam, etiam Motu
simili, & alĩs quomodolibet concessarum, & concedendarũ,
etiam vigore quorumcunq; Priuilegiorum, & Indultorum
apostolicorũ, quibusuis etiam S. R. E. Officialibus, aut Col
legiis, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cũ quibusuis,
etiam Præseruatiuis clausulis, necnon declarationibus, &
decretis, etiam vim Contractus inducentibus, desuper con-
cessarum. Ac etiam per Sanctitatem suam approbatorum,
& innouatorum, vel concessorum: quorum etiam omniũ
tenores, ac si de verbo ad verbũ insererentur, eadem Sanct.
sua, haberi voluit pro expressis, beneficia reseruata, vel affe-
cta huiusmodi, nullatenus acceptari, nec de illis prouideri
posse: ac acceptationes, & prouisiones de illis faciendæ, pro
nullis, ac etiam viribus vacuis haberi, nullumq; effectum sor
tiri debere: Decernens extunc, irritum, & inane, quicquid
secus, prętextu sic reuocatarum hactenus factarum & con-

cessarum,& quae imposterum fierent,& concederentur,reser-uationum,facultatum,& gratiarum (non tamen Expectatiuarum) etiam cum praesentis constitutionis expressa derogatione,fieri contingeret,post ipsius cōstitutionis, quę fiet, & quā pro facta haberi voluit,singulis diebus, publicationē. Sicq; in praemissis omnibus,& singulis, per quoscunq; causarum Palatii Apostolici Auditores,& Iudices, etiā eiusdem S.R.E.Cardinales,in dicta Curia,vel extra eā, interpretari, sententiari,diffiniri,& iudicari debere,etiam in quauis causa in qua tenor dictae constitutionis produceretur, & quauis instañ. etiam primae,& vlterioris appellationis; sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter interpretandi,& iudicandi facultate,& auctoritate: & similiter irritum,&c.

Placet publicetur,& describatur. A.

Lecta,& publicata fuit suprascripta Regula Romę,in Cancellaria Apostolica,Anno Incarnationē.Dominicae.M.D. XXXVIII.Die vero Martis.xxv.mensis Februarii.Pontifi.S.&c.Pauli,&c.Papę.III.Anno Tertio.

Iul.Gentilis Procustos.

❡ Regula Cancellariae Apostolicae S.D.N.D.Pauli,diuina prouideñ. Papae.III. qua declaratur tempus datū per aliam Regulam,ad publicandum beneficiorum Resignationes,currere a die datae supplicationis,& nō a die pstiti Consensus.

SANCTISSIMVS in Christo Pater,& Dominus noster.D. Paulus, diuina prouidentia,Papa.III. qui in Crastinum assumptionis suae ad summi Apostolatus apicem,per eius constitutionem statuit,& ordinauit,ꝙ quęcunq; beneficia ecclesiastica, siue in Rom. Curia, siue extra eam resignata, nisi de illis factae resignationes, si in eadem Curia infra sex menses; si vero extra dictam Curiam factae essent, infra mensem extunc vbi tunc dicta beneficia cōsiste-

bant, publicatæ forent, vel possessio illorum;ab eis, quos id contingebat, petita esset: si resignantes;illa postmodum, in eorundem resignatorum beneficiorum possessione decederent: non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare censerentur: Collationes quoque, & quęuis aliæ dispositiones, de illis, tanquam per resignationem vacātibus, factæ, & inde secuta quęcūque: nullius essent roboris, vel momenti. Et cui innotuit, quod huiusmodi statuto, & ordinatione nō obstantibus; plures abusus, & fraudes, in resignationibus beneficiorum huiusmodi committebantur: volens huiusmodi abusibus, & fraudibus obuiare, & ne illorum prætextu, quis iure suo frustetur, prouidere: declarauit de cætero, Semestre, ac mensem, ad resignationes publicandum, per constitutionem prædictam, statutum a die datæ Supplicationis, & non a die præstiti Consensus, currere, & computari debere: irritum quoque, &c. decreuit.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romę, in Can. Apostolica, Anno Incarnationis Dominicę. M. D. XL. Die vero Sabbati. xiiii. mensis Augusti. Pont. S. &c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Sexto.

Hiero. Card. Ghinucius.
I. Maria Card. de Monte.
C. Card. Iacobatius.
B. Card. Guidicionus.

¶ Regula Reuocatoria gratiarum Expectatiuarum.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidētia, Papa. III. qui post publicationem constitutionis suæ, seu Cancellarię Apostolicæ Regulæ gratiarum (non tamen Expectatiuarū) & aliarum concessionum ad vacatura beneficia, ac specialis

reseruationum, Mandatorum de prouidendo, seu commendando, aut alis, dispensando, quibusuis personis concessorũ reuocatoriç, die. xxv. mensis Februarii, Pontificatus sui, Anno Quinto, in dicta Cancellaria publicatę: cuius publicatione huiusmodi, pro singulis diebus facta, haberi voluit: ad nonnullorũ importunã instantiã, seu preces, aut ex aliis causis, plura ex gratiis, cõcessionibus, reseruationibus, & mãdatis reuocatis hmõi, reualidauit, & illa de nouo, ac alia similia, gratias, concessiones, reseruationes, & mandata in diuersarũ personarũ, seu etiã nullius fauorẽ concessit cũ expressa Constitutionis, seu Regulæ prædictę derogatione: cupiens ambitiosę cupiditati eorũ, pro quibus gratiarũ, concessionum, reseruationum, & mandatorum reuocatorũ, reualidationes huiusmodi, ac alia similia, gratiæ, concessiones, reseruationes, & mandata emanarũt, obuiare, & vestigiis nonnullorũ Prædecessorũ suorũ, qui decursis aliquibus annis Pontificatus eorum, gratias Expectatiuas, sub noua dat. tã in cõmuni, q̃ speciali forma concesserunt, inhęrendo; nouas gratias Expectatiuas suo tempore cõcedere intendens: ac interim pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis, de beneficiis ecclesiasticis, prouidere volens: Omnia & singula, Expectatiuas, vniones tẽporales, & alias, citra accessus, & regressus, ac de consensu Coadiutorias, ac alias gratias ad vacatura beneficia, earumq; extensiones, reualidationes, & collationum mutationes: ac (pręterq̃ super quibus per Cancellariam prædictam literę in forma solita expediri consueuerunt) speciales reseruationes, necnon nominationes, & nominandi facultates, ac mandata de prouidendo, & alias concessiones de beneficiis vacaturis, & illa cõmendando, seu alis, de eis disponendo (præterq̃ in forma Capituli, Mandatũ in Francia) quibusuis personis: cujuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel cõditionis existant, etiã si Cardinalatus honore, aut alia ecclesiastica, vel mundana dignitate pręfulgeant: ac etiã facultates, & indulta, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & aliorũ locorũ ordinariis, cæterisq; ordinariis Collatoribus (pręterq̃ tamẽ S.R.E. Card.) quãdiu vixe

rint,seu ad aliud tépus disponendi de beneficiis ecclesiasticis secularibus,& regularibus,ad eorũ collationẽ, seu q̃uis aliã dispositione pertinentibus,etiã si dispositioni apostolicę reseruata, seu ex gñali reseruatione apostolica affecta forent, in aliis q̃ alternatis,seu eisdem ordinariis Collatoribus,per Sanct.suã,vigore constitutionũ suarũ,aut dictę Cancellarię Regularũ,cõcessis,& concedeñ.mensibus, ac etiã quo ad beneficia,eidem dispositioni gñaliter reseruata, seu affecta duntaxat,in eisdem alternatis mensibus,ab ipsa Sanct.sua,& sede apostolica,seu eius Legatis,etiã Motu proprio, & ex certa sciẽtia,ac de Apostolicę potestatis plenitudine,etiã Imperatorũ,Regũ,Ducũ,aut aliorũ Principũ consyderatione,& ex quibusuis,etiã vrgentissimis causis, ac cũ quibusuis declarationibus,& mentis Sanct.suę attestationibus,& a reuocationibus Pręseruatiuis,aliisq; efficacioribus,& insolitis clausulis,necnõ irritãtibus:& q illa extũc effectũ sortita essent, & plenũ ius in re acquisitũ fore cẽseretur:ac illis,nõ nisi certis modo,& forma in eis expressis,& de consensu eorũ,quibus concessa forent,ac illa,nullatenus reuocari possent:& quotiens illa reuocarentur;totiens de nouo cõcessa,& innouata essent,& esse cẽserentur,ac expediri possent:& sic per quoscũq; Iudices iudicari deberet,aliisq; efficacioribus,etiã vim Contractus inducẽtibus, decretis,etiã de consensu ordinariorũ Collatorũ, & als, nõ tamen consistorialiter hactenus concessa, approbata,& innouata,quo ad ea in quibus vere, & realiter,aut als, q̃ ex decreto in eis apposito, non sunt effectum sortita,expresse reuocauit: & illa,& quę emanare cõtigerit in futurũ,speciales reseruationes,vniones temporales,concessiones,mandata,facultates,& indulta,ac alias gratias,nõ tñ nouas Expectatiuas, ad vacatura beneficia hmõi, & super illis extensiones,reualidationes, & declarationes, etiã cũ pręsentis constitutionis expressa derogatione, etiã si in eisdẽ,quæ emanarũt,& in futurũ emanabũt,specialibus reseruationibus,vnionibus tẽporalibus,cõcessionibus,mandatis,facultatibus,indultis,& aliis gratiis ad vacatura beneficia,& sup illis extẽsionibus,reualidationibus,& declarationi

bus contineretur expresse, quod illa hmôi generalibus reuocationibus, suspēsionibus, modificationibus, & restrictionibus, quę fieret, nullatenus includerentur, nisi de personarū, quas concernunt, & in futurum concernerent, ac quarum consyderatione emanarunt, vel emanarent, nominibus, cognominibus, dignitatibus, & causis propter quas eis concessa sunt, seu concederentur, & quęuis alia expressio indiuidua de eisdē fieret, idque ipsis personis, per diuersas literas, sub diuersis datis cum certi temporis interuallo, inter dat. huiusmodi insinuaretur, ac personarum earundem, in reuocatione huiusmodi expressus accederet assensus; censerenturque reseruationes, vniones, concessiones, mandata, facultates, indulta, & aliæ gratiæ ad vacatura beneficia huiusmodi, totiens reualidata, & in pristinum statum reposita, quotiens ea reuocari, restringi, & modificari contingeret: illorum tenores, atque formas, & clausulas huiusmodi, ac alias, in eis, quæ emanarunt, contentas, & in his, quæ emanabunt, forsan continebuntur, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, pro expressis, & specificatis habendo, voluit pro infectis, & non concessis haberi, & viribus omnino carere, etiam si per ea, quæ emanarent, reseruationes, vniones, concessiones, mandata, facultates, indulta, & alias gratias ad vacatura beneficia viribus vacuata huiusmodi, huic constitutioni, specifice, & expresse derogaretur. Et ne, si contingeret a Sanct. sua reseruationes, vniones, concessiones, mandata, facultates, indulta, & alias gratias ad vacatura beneficia huiusmodi: quæ, vt præfertur, viribus carere voluit, cū præsentis suæ constitutionis expressa derogatione, ac etiam cum clausulis prædictis, & aliis efficacioribus ac fortioribus illis, in futurum emanare; illa contra huiusmodi constitutionis tenorem sortiantur effectum: sed quotiens emanauerint, totiens reuocentur: etiam voluit Sanct. sua reuocationem huiusmodi, & alia præmissa, ac illorum lecturam, & publicationem, quæ fiet in Cancellaria prędicta singulis diebus sequeñ. pro denuo facta haberi, & gratias ipsas reuocatas, & viribus vacuatas huiusmodi, quæ etiam cum ipsius

Constitutionis expressa derogatione singulis diebus emanarent, includere, & viribus vacuare, in omnibus, & per omnia prorsus, & sine vlla differentia, ac si eisdē diebus constitutio ipsa per Sanct. suam innouata, prout etiam innouauit, & illis diebus Cancellaria tenta, & in ea Constitutio ipsa lecta, & solenniter publicata extitisset, seu innouaretur, & publicaretur: Constitutionemq; ipsam, quae etiā extunc ligare debeat, absq; alia publicatione dari cuicunq; petenti, vt moris est, in aliis dictae Cancellariae Regulis, etiam absq; expressione causae, in qua & nominis eius, contra quem petens eā vti vellet; Decernens extunc irritum, & inane quicquid secus, pr ętextu sic reuocatarum concessarum hactenus, & quę Concederentur imposterum, vnionum, concessionum, reseruationum, mandatorum, facultatum, Indultorum, & aliarū gratiarum, ad vacatura beneficia, etiam cum prę sentis Constitutionis expressa derogatione fieri cōtingeret: post ipsius constitutionis quae fiet, & quam pro facta haberi voluit, singulis diebus publicationem. Et insuper aliam Constitutionem suam beneficiorum ecclesiasticorū, in Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulii, Augusti, Octobr. & Nouembr. mensibus, extunc inantea vacaturorum, reseruatoriarū, die. xv. mensis Decembr. eiusdem Pont. anno. I. in dicta Cancellaria publicatam: Innouando omnia, & singula beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, qualitercunq; qualificata, secularia, & ordinum quorumcunq; regularia, vbilibet cōsistentia, in singulis Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulii, Augusti, Octobr. & Noēmbr. mensibus praedictis, donec generalis expeditio concessionis nouarum gratiarum Expectatiuarum, a Sanct. sua fiat, alīs, q̄ per resignationem extra Ro. Cu. quouis modo vacatura, ad collationem, prouisionem, praesentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem quorumcunq; Collatorum, & Collatricum, secularium, & regularium, non tamen praefatorum Cardinalium, & sub concordatis inter sedem praedictam, & quoscunq; alios initis, ac per eos, qui ea acceptare, & obseruare debebant, acceptatis, & obseruatis, quę lędere non intendit

comprehensorum, quomodolibet pertinentia dispositioni suę generaliter reseruauit. Voluitq́; q in Supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam Motu proprio fierent: de mense in quo vacauerint dispositiue mentio fiat: alioquin gratiæ huiusmodi sint nullæ, & sic in pręmissis, per præfatos Cardinales, & quoscunq; Iudices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, in dicta Cu. & extra eam, in quauis causa, in qua tenor ipsius Constitutionis produceretur, & quauis illius instantia, etiā primę, & vlterioris appellationis, Sublata, eis & eorum cuilibet, quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, & auctoritate, interpretari & iudicari debere: & similiter, irritum, & inane decreuit.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romę, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnatioñ. Dominicæ. M.D. XL. Die Iouis Quarta mensis Nouembris. Pontifi. S. &c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Septimo.

Iul. Gentilis Procustos.

¶ DECLARATORIA REGVLÆ, SIVE Constitutionis. S. D. N. Pauli Papæ. III. alias a Sanct. S. publicatę: in qua attestatur Referendarios, aliosq́; suę Sanctitatis & Romanorū pro tempore Pontificum Officiales, in eadem Regula, siue Constitutione descriptos: Familiares, & veros continuos Commensales existere, &c.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

SANCTISSIMVS in Christo Pr̄, & Dn̄s noster, Dn̄s Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. Cui dudum, postq̄ vnam Constitutionem suam, siue Cancellariæ Regulam, die XXII. Mensis Decembris, Pontificatus sui Anno Primo, in Cancellaria Apostolica publicatam, Referendarios, & alios Officiales, ex Palatio Apostolico panem

habentes

habentes; Protonotarios: Auditores Rotæ: Accolitos: Secretarios: Literarũ Apostolicarum Scriptores: Cubicularios: Scutiferos, & Milites Sancti Petri, reliquosq; Officiales, suæ Sanctitati, & Romañ. Pontifici pro tempore existenti, in Palatio Apostolico deseruientes: licet in eodem Palatio non habitassent, neq; tunc, neq; forsan imposterum habitarent, vel in Tinello comedissent, nec tunc, neq; forsan imposterum comederent; veros, & indubitatos suos, & Romanorum pro tempore Pontificum, & non per Priuilegiũ, nec ficte, Familiares continuos Commensales, cẽseri, reputari, & esse, ita vt Regulis, tam editis, q̃ edendis, de veris familiaribus, & continuis Commensalibus suis, & Romañ. Pontificis pro tempore disponentibus, imposterũ, potirentur, & gauderent, & eis quo ad omnia subiicerentur, etiã ad hoc, vt Sanctitas sua, & alii Romañ. Pontifices, occurrentibus vacationibus beneficiorum ecclesiasticorũ, per eos obtentorum, & obtinendorum, qualitercunq; qualificatorum, etiam per obitum eorundem in Ro. Cu. vel extra eam, ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quãuis aliam dispositionem quorumcunq; Collatorum, & Collatricum, communiter vel diuisim, pertinentium, prouidere, ac de illis disponere, libere & licite valerent, in omnibus, & per omnia, perinde ac si Referendarii, & alii Officiales, & seruientes prædicti, in Palatio Apostolico habitassent; in Tinello, vere, & realiter, comedissent; perpetuo declarauerat: etiam cum appositione decreti irritantis innotuit, qualiter inter cæteros, in eadem Constitutione nominatos, Referendarii, & Auditores, Referẽdatariatus, & Auditoriatus, ac nõnulli aliorum Officiorum, quæ obtinebant ratione, vt singuli, de ipsorum Collegiis, necnon ex Scriptoribus, vnus tanq̃ Referendarius, Officium actu exercens; & alius tanq̃ Decanus antiquitatis, & forsan in aliis Collegiis, vnus, vel duo, aut forsan plures, & non singuli ipsorum Collegiorũ ratione, panem ex Palatio Apostolico habeant: tamen Custodiam non faciunt: a nonnullis assertbatur Constitutionem prædictam, in habentibus panem in Palatio, & Custo-

diam facientibus, coniunctim locum habere, & effectum sibi vendicare, & non al's, nec alio modo procedere, ambiguitatis dubium submouere volens; Primo (viuæ vocis oraculo) declarauit & decreuit Constitutionem ipsam, etiam a die publicationis illius intelligi, locumq; vendicare, & procedere posse, & debere; siue dicti Officiales, vel quicunq; alii, coniunctim, vel diuisim, panem ex Palatio haberent, & in eodem Custodiam facerent, etiam si iidem Officiales, & alii, per quorum obitum beneficia (vt præfertur) vacauerint, panem nō habuissent, nec in ipso Palatio custodiam fecissent, ac beneficia, per eosdem Officiales, & alios (vt præfertur) obtenta, per obitum etiam eorundem Officialium in dicta Curia, vel extra eam vacarent; & ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositioné, etiam S.R.E. Cardinalium, & quorumcunq; aliorum Collatorum, & Collatricum, communiter vel diuisim spectarent: Postea accepit; q pro eo, qđ de posteriori declaratione huiusmodi, aliter non apparebat, adhuc ab aliquibus in dubium reuocaretur, quo contingere posset, eos quibus de beneficiis huiusmodi, per obitum dictorū Officialium, & aliorum, sic (vt præfertur) vacantibus, per suam Sanctitatem prouisum seu prouideri concessum extitit, aut in futurum prouideri concessum extitit, aut in futurum prouideri, vel q prouideretur concedi co[illegible]igerit, desuper molestari, seu in futurum posse molestari; Motu proprio, &c. per aliam suam Constitutionem, quam & literas desuper expeditas, etiam q in eadem Cancellaria, lecta, & publicata non esset, arctare voluit: Sub dat. XIX. Caleñ. Septembris, eiusdem Pontificatus sui, Anno Secundo; inter alia fidem fecit, & in verbo Romañ. Pontificis attestatus fuit, semper suæ incómutabilis mentis fuisse, & tunc esse, q etiam posterior declaratio huiusmodi; etiam q aliter in dicta Cancellaria lecta & publicata non foret: ab illius Dat. valeret & ligaret: ac omnibus & singulis, quibus de singulis, aut pluribus beneficiis prædictis (vt præfertur) prouisum, seu prouideri concessum extitit, aut in futurum prouideri, seu q prouideatur

concessum fuerit, suffragaretur, etiam in omnibus & per omnia, ac si dicta Die. X X I I. Decembris in dicta Cancellaria, lecta & publicata fuisset. Cum de sic iudicando, & aliis clausulis, etiam irritantibus decretis, in literis, desuper confectis latius continetur. Cum Sanctitati suæ, etiam nouissime innotuerit, ab aliquibus etiam, plusq̃ conueniat, sapere volentibus, prætendi Constitutionem, & declaratione prædictas, forsan ad de numero participantiũ, & aliós non participantes, prçsertim Romanorum Pontificum Prædecessorum suorum, & etiam Pontificatus sui tempore, etiam per S.R.E. Cardinales, etiá de latere, & alios Legatos, siue Nuncios Apostolicos, etiá facultatem Legatorum de latere habentes; quorum numerus, nimis iam exercuisse asseritur, pro tempore creatos Notarios Apostolicos supernumerarios nuncupatos, & omnes alios Officiales in dicta Constitutione nominatos & expressos, qui in eodem Palatio forsan nõ habitant, nec imposterum habitabunt, aut in Tinello, nunc non comedunt, neq; forsan imposterũ comedent, minusq; Sanctitati suæ deseruiunt, neq; Romañ. Pontifici pro tempore existenti, in futurum deseruient, aut custodiam non faciunt, aut non facient, non extendi: neq; eosdem comprçhendere, neq; in illis procedere, aut locum sibi vendicare. Ad huiusmodi etiam vlterioris ambiguitatis dubium resecãdum: Constitutioné, Regulamq;, necnõ declarationé p̃dictas, etiá cũ omnibus, & singulis decretis, & aliis clausulis q;buscunq; in illis respectiue cõtentis & expressis, pro insertis & expressis habens: decreuit, & declarauit, fidemq; indubiam fecit, & attestatur mẽtis, & intentionis suç, semp fuisse & esse, tá a die çditionis, & publicationis singulaꝝ Constitutionũ, siue Regulæ ac declarationum prædictarum, q̃ eius cuiuslibet ipsarum, tam de numero participantium Notariis prçdictis, ac etiam omnibus, & singulis aliis Officialibus in dicta Constitutione, siue Regula, & declaratione, vt prçfertur, nominatis, intelligi, locumq; sibi vendicasse, & processisse, ac vendicare & procedere debere, etiam ꝙ quicunq; participantes, & non participãtes Notarii, aliiq; omnes, & singuli

Officiales prædicti, in dicta Cōstitutione, siue Regula, & declaratione quomodolibet nominati, & expressi, panem ex Palatio non haberent, non habuerint, & non habeant, & custodiam in eo non fecerint, & non faciant, aut aliter suæ Sanctitati, & Romañ. Pōtifici pro tempore existenti, in Palatio Apostolico, vel extra, aliquo modo non seruierint, neq; seruiant, vel al's, quomodolibet, in Palatio Apostolico non habitauerint, & non habitent, & custodiam in eo non fecerint, & non faciant: Et nihilominus, singulas Constitutiones, & declarationes prædictas, & ipsarum quamlibet, etiam cum omnibus, & singulis clausulis, & decretis in illis contentis, illas pro expressis, & insertis habens, ad quoscūq; non participantes Notarios, per eosdem Romañ. Pontifices, & per Sanct. suam creatos, tantum restrinxit, & reduxit, ac restringit, & reducit: illasq; minime, ad non participantes & supernumerarios Notarios, ab eisdem Cardinalibus de latere, & aliis Legatis, & Nunciis Apostolicis, etiam facultatem, & auctoritatem Legati de latere habentibus, creatos, in eadem Regula, siue Constitutione, & declaratione, nullatenus contineri, nec compræhendi posse, nec valere, aut debere, ac si specialiter, & indiuiduo, expressa fuissent, perpetuis futuris temporibus, valere, & obseruari debere: & ita per quoscunq; Iudices, etiam Palatii Apostolici, causarum Auditores, & alios quoscunq; Iudices, etiam in quibuscunq; causis, etiam pendentibus, & in quibuscunq;, inter omnes, & singulos, iudicari, sententiari, & diffiniri debere statuit, voluit, decreuit, & ordinauit, Sublata, &c. Præsentesq;, prout moris est, in dicta Cancellaria legi, & publicari, & inter alias Regulas Cancellariæ, vt moris est, describi, & annotari mandauit.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta regula, siue Constitutio Bononię, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dñicę M. D. XLIII. Die Veneris decimaoctaua Maii. Pont. pręlibati S. &c. Pauli, &c. Papę. III. Anno Nono.

Balthasar de Nuceto Procustos.

¶Regula contra quoslibet impetrantes beneficia certo modo vacantia.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidētia, Papa, III. qui in crastino assumptionis suę ad summi Apostolatus apicem, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentium beneficia, illorum præsertim, quibus aut propter seniū, aut propter infirmitatem imminebat vitę periculum impetrabant: vt illis decedentibus, tanq̄ Collitigantes in illorum iuribus facilius surrogarentur: per quandam, inter alia voluit, vt deinceps, nullus in iure, vel ad ius, in beneficio defuncti, qđ illo viuente, in casibus præmissis, vel similibus impetrauit, aliquo modo surrogetur: ac surrogatio & gratia, si neutri, si nulli, seu nouæ prouisionis, aut perinde valere, taliter impetranti nullatenus suffragaretur: quod etiam strictissime obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum, per priuationem & amotionem, ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si vsq; ad diffinitiuam sententiam, quę tamen in rem non transiuisset iudicatam, processum foret: ac per aliam, Constitutiones suas, seu Cancellariæ Apostolicæ regulas, voluit, statuit, & ordinauit, φ quicunq;, beneficium ecclesiasticum, tunc per annū immediate præcedentem, pacifice possessum, & quod certo modo vacare prætenderet, ex tunc deinceps impetraret; nomen, gradum, & nobilitatem possessoris eiusdem, & quot annis illud ipse possedisset, ac specificam, & determinatam, ex qua clare constare posset, φ nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competeret, causam in huiusmodi impetratione exprimere, & infra sex menses, ipsum possessorem ad iudiciū euocari facere, causamq; ex tunc desuper, infra annum, vsq; ad sententiam diffinitiuam inclusiue prosequi deberet & teneretur: alioquin impetratio prędicta, & quæcunq; inde secuta, nullius existerent firmitatis: & idem impetrans, de damnis, & interesse, possessorem prædictum propterea contingentibus ei satisfacere. Et si possessorem ipsum, iniuste, friuole, &

indebite molestasse repertus existeret: Quinquaginta flore-
nos auri persoluendos Cameræ Apostolicæ esset astrictus,
nec alius q̃ præmissę vacationis modus, etiam per literas si
neutri, aut surrogationis, vel al's, sibi quo ad hoc, vt benefi-
cium huiusmodi ea vice consequi vel obtinere valeret quo-
modolibet suffragaretur: illudq; nullatenus inantea litigio
sum propterea censeretur. Et cui fidedignorũ relatione in-
notuit, ꝙ huiusmodi voluntate, statuto, & ordinatione nõ
obstantibus: multi cæca cupiditate ducti, ad beneficia eccle
siastica, per alios etiam quãdocunq;, multo antea tempore
canonice eis collata, possessa, quos valetudinarios, seu senio
confectos conspiciunt, aut al's, certo modo cito defecturos,
vel eorum beneficia dimissuros sperant, improbe, ac per me-
dia illicita, aspirantes huiusmodi beneficia, tanq̃ certo mo-
do vacantia, & absq; aliquo titulo, seu minus canonico detẽ
ta, a sede apostolica impetrabant: & illorum possessoribus,
litem super dictis beneficiis sic possessis mouebant, & causas
huiusmodi, contra eos committi faciebant, & al's, illos nũc
titulos fingendo, nunc crimina impingendo, in ipsis benefi
ciis inquietabant, & molestabant, nec causas ipsas (prout
etiam iuxta Constitutionem prædictam tenebantur) expe-
diri facere curabant: sed in longum protrahebant, expe-
ctantes obitum dictorum possessorum, vt in iure, eisdem pos
sessoribus, in dictis beneficiis, vel ad illa, competente, surro-
garentur. Sicq; per indirectum, eisdem impetrantibus vo-
tum captandæ mortis dictorum possessorum præbebatur:
ipsiq; possessores indebite vexabantur, ac laboribus, & ex-
pensis fatigabãtur. Et sæpenumero, vexationem huiusmodi,
illicitis mediis redimere cogebantur: & quandoq; destituti,
seu desperati; in anxietatem ducebantur, eorumq; beneficia
resignare, seu permutare, ac etiam illorum Collatores, quo-
minus de beneficiis per obitum dictorum possessorum va-
cantibus, & propter lites huiusmodi maliciose, & fraudulen-
ter, motas seu confictas, libere disponere, & sua ordinaria au
ctoritate, in præmissis vti possent, impediebantur, in anima
rum ipsorum impetrantium periculum, & dictorum posses-

ſorum graue præiudicium, & ordinariꝗ poteſtatis huiuſmo di Collatorum, læſionem. Attendens maliciis hominũ nõ eſſe indulgendum, ſed potius obuiandum: ac volens ipſorũ beneficia obtinentium, quieti, & ſecuritati prouidere: Con ſtitutionem prædictam innouando, & ad impetrantes bene ficia illorum, qui aliquo euidenti impedimento detineren tur, quamuis ſenio confecti, aut infirmitate detenti non fo rent extendendo, etiam voluit, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ de cę tero impetrantes beneficia eccleſiaſtica, cuiuſcunq; qualita tis, per priuationem, & amotionem, vel al's, propter com miſſa exceſſus, & crimina, vacantia vel vacatura, in ſupplica tione deſuper porrecta, exceſſus & crimina ipſa, ac eorum qualitates necnon modos, & cauſas tales, ex quibus, de iure priuatio ipſa incurſa, aut facienda cenſeatur: & ſimiliter im petrantes etiam, per modũ deuolutionis beneficia, tanq̃ cer to modo vacantia, & ab aliis etiam non ſenio confectis, nec infirmitate, aut impedimento detentis, tanq̃ nullo ſeu mi nus canonico titulo poſſeſſa, modum vacationis illorum, in ſupplicatione deſuper porrecta, ſpecifice & determinate, ac diſpoſitiue exprimere teneantur: & anteq̃ decretum ci tationis, a iudice, cui cauſa commiſſa fuerit; per ſe vel Pro curatorem eorum, petant coram eo iuramentũ: ꝙ credunt ea, quæ ſic expreſſerunt, vera eſſe, & poſſe ea probare, corpo raliter præſtare: & deinde, exceſſus, & crimina, aut modum vacationis huiuſmodi, proponere, & deducere, & intra Octo dies, obſeruationem termini ad articulandum, per eũ, vel Procuratorem ſuum, ſuo ordine, & loco, ita ꝙ ſi ipſe ter minus ſic non ſeruetur, dicti Octo dies, poſt obſeruationẽ termini ſecundo loco ſeruati, quicunq; is fuerit cucurriſſe cenſeatur factam immediate ſequentes probare, necnon ex tunc infra annum ſimiliter, a die impetrationis eorum cõ putandum cauſam contra eoſdem poſſeſſores, vſq; ad diffini tiuæ ſententiæ prolationem incluſiue, proſequi debeant & teneantur. Quodq; impetrationes de beneficiis, tanq̃ per priuationem, & amotionem, vel al's, propter commiſſa ex ceſſus, & crimina, vacantibus, vel vacaturis, abſq; cauſæ ſeu

causarum priuationis, & amotionis, aut excessuum, & criminum vacationem huiusmodi causantium, necnon tanq̄ de certo modo vacantibus, etiam per modum deuolutionis absq; modi vacationis specifica expressione, etiam prætextu quarumcunq; clausularum quomodolibet implicitarū, & quantumcunq; pregnantium, etiam ꝙ causę & excessus, ac crimina, necnon modi vacationum huiusmodi, in literis pro expressis habeantur, vel etiam dispositiue exprimi possint disponentium, in supplicationibus insertarum, eisdem impetrantibus nullatenus suffragentur: & quæcunq; surrogationes per ipsos impetrantes, de beneficiis, quæ etiam cū huiusmodi expressione impetrauerint, tanq̄ litigiosis, in iure, vel ad ius eorū, quos huiusmodi excessus, & crimina, perpetrasse, aut quorum beneficia, per deuolutionem, aut al's, certo modo vacasse narrauerint, a sede apostolica, vel Legatis eius, quomodolibet impetrandæ, seu etiā Motu proprio concedendæ, nisi ꝙ impetrantes, excessus, & crimina, aut modum vacationis huiusmodi, intra dictos Octo dies, obseruationem dicti termini ad articulandum, per ipsos impetrantes, aut eorum procuratores, vt prefertur, nō, autem per reos, aut ipsorum procuratores factam, immediate sequentes. Quā quidem termini obseruationem, sic per reos, vel eorum Procuratores factam, quo ad excludendos, post dictos Octo dies, ipsos Impetrantes, a probatione excessuū, seu criminum, aut modi vacationis prędictorum, nihil operari volumus cōtra possessores beneficiorum, quę impetrauerint, probauerint, etiam si alia excessus, & crimina priuatione, aut priuationis declaratione digna, etiā ante lapsum dictorum Octo dierum probauerint: nullius sint roboris, vel momenti. Quodq; surrogationes huiusmodi, si ii, contra quos huiusmodi Impetrationes fient, in itinere propter id suscepto, quod, post executionem citationis, etiam per edictum factæ, etiam si de dictorum citatorum notitia, aliter non apparuerit, propterea arreptum præsumatur, defuncti fuerint: etiam si senes, aut valetudinarii, seu impediti, vt prefertur, non extiterint, aut etiam ii, contra quos huiusmodi

impetrationes fient, morte violenta decesserint, licet nullū penitus argumentum, aut nulla coniectura habita fuerit, quod collitigans id fecerit, aut de tali morte culpabilis, seu conscius fuerit, locum nō habeant. Et si post lapsum dicti anni, vel etiam eo durante, & istis Octo diebus, post dicti termini ad articulandum, absque probatione prædictorum excessuū, seu criminum, aut modi vacationis per ipsos impetrantes, vel eorum Procuratores, obseruationem, elapsis, cōtingat possessores dictorum beneficiorum, seu aliquos ex eis decedere, aut eorum beneficia simpliciter, vel ex causa permutationis, aut aliis, quomodolibet in Romanā Curia, vel extra eam, vacare non censeantur: propterea beneficia ipsa litigiosa, de huiusmodi beneficiis sic vacantibus prouideri, & aliis, libere disponi possit, in omnibus, & per omnia, ac si contra dictos possessores, aliqua lis, modo pręmisso mota non fuisset. Et nihilominus, impetrantes prædicti, ad ambita beneficia huiusmodi obtinenda, censeantur perpetuo inhabiles; nec non vexatæ parti, omnia damna, interesse, & expensas persoluere teneantur: ac omnibus & singulis beneficiis ecclesiasticis, per eosdem impetrantes obtentis, se trienio suspensos nouerint. Quibus, si se in eis propria temeritate iniecerint, ipso iure priuati sint, ac calumniose, de periurio, iuxta canonicas sanctiones puniantur: Decernens nouas prouisiones, super impetrationibus prædictis pro tempore, etiam anteq̄ dicti Octo dies elapsi fuerint, iis in quorum fauorem emanauerint, in fraudem huiusmodi Constitutionis non suffragari. Et si ii, qui impetrationes modo pręditto fecerint; beneficia sic impetrata resignauerint: quandocunque id fecerint, illis, quibus de beneficiis huiusmodi per resignationem de eis factam & admissam, prouisum fuerit; præsenti Constitutioni subiacere, & in eodem statu in quo dictus resignans tempore huiusmodi resignationis erat, quo ad hoc censeri & esse: sicque in præmissis omnibus iudicandum fore: Sublata &c. irritum quoque.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit ſuprafcripta Regula Romę, in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationẽ. Dominicæ. M.D.XL. Die Sabbati XI. menſis Decembris. Pontifi. S.&c. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Septimo.

Iul. Gentilis Procuſtos.

¶ Innouatio Conſtitutionis, ſiue Declarationis, al's, per S. D. N. Paulum Papam. III. fact. in qua declaratur, propter Sanct. ſuę ab Vrbe diſceſſum, nõ duas, ſed vnam tantum Curiam exiſtere.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus noſter, Dominus Paulus, diuina prouidẽtia, Papa. III. qui ſuperioribus annis, vt ſe ad colloquium, cũ Sereniſſimo Carolo Romã. Imperatore, & Franciſco Chriſtianiſſimo Frãcorum Rege, pro vniuerſali pace tractanda, ſe conferre: & al's, ad certum tempus ab vrbe ſe abſentare habens: Officialibus omnibus Ro. Cu. videlicet tam illis, qui Sanct. ſuam ſequerentur, q̃ iis qui in dicta vrbe remanerent, prouidere volens: per quandam eius Conſtitutionem, ſeu Cancellariæ Apoſtolicę regulam ſtatuit, ordinauit, decreuit, & declarauit; eorum qui Sanct. ſuam ſequerentur, & eorum qui in dicta vrbe remanerent: tam S.R.E. Card. q̃ Officialium, & Curialium, & aliorum quorumcunq; eandem Curiã ſequeñ. vnicam tantum Romã. Cu. & non duas Curias exiſtere, & ſingulos eorum, omnibus & ſingulis, ac illis prorſus antelationibus, prerogatiuis, declarationibus, indultis, facultatibus, conceſſioñ. & conſuetudinibus, etiam quo ad acceptationes, & prouiſiones beneficiorum eccleſiaſticorũ, ſub gratiis Expectatiuis, collationum mutationibus, & extenſionibus, ac aliis gratiis præuentiuis eis conceſſis, & concedendis, compræhenſorum, faciendas: quibus Cardinales, Officiales, Curiales, & alii prædicti, dum eadem Sanct. ſua, cũ eadem Cu. in dicta vrbe reſidebat; de iure, & conſuetudine vtebantur, potiebantur, & gaudebant; ſeu vti, potiri, & gaudere poterant: vti, potiri, & gaudere poſſe, & debere: & ꝙ publicatio

nes huiusmodi acceptationum, & prouisionum per eos qui in dicta vrbe residerent: ac etiam per illos, qui eandem Sanct. suam sequerentur: eorum, licet absentium, nomine, se maluissent, in Ecclesia vrbis solita: & per eosdē, qui Sanct. suam sequerentur, in loco, vbi Cancellariam Apostolicam residere cōtingeret, seu alio loco, ad affixiones, seu lecturam rescriptorum Apostolicorum, seu Citationes per edictum publicum faciendas, quem deputari contingeret, fieri, & publicari possent, validæq;, & efficaces existerent, ac si illæ omnes in dicta ecclesia, vel temporibus feriarum, in Cancellaria Apostolica, eadem Sanct. sua residente in vrbe prędicta, factæ essent: similiterq; Citationes, etiam per edictum publicum, aut etiam in contumaciam partium per Audientiam Contradictarum faciendæ: per Auditores causarū Palatii Apost. seu locateneñ. eorundem, & Auditorem Cameræ, vel eius Locumteneñ. & alios Ro. Cu. Officiales & Iudices delegatos in dicta Cu. qui in dicta vrbe residerent in dicta Eccl'ia vrbis, & Acie Campi Florę, vt alias moris est, per Auditores vero, seu Locateñ. & alios supradictos, qui eandem Sanct. suam sequerentur, in causis, quas per eos ibidem forsan tractari contingeret, in loco Cancellariæ suæ, ad publicationem, vel lecturam rescriptorum Apostolicorum deputando (vt præfertur) fieri possent, & validæ existerent, ac si sua Sanct. in dicta vrbe fuisset, & ibidem legitime factæ extitissent. Idemq; S. D. N. pro faciliori litigantium expeditione, voluit, & mandauit; q̃ in causis, tam criminalibus, q̃ ciuilibus, tam in petitorio, q̃ possessorio, & al's, super quibuscunq; rebus & iuribus cognoscendis, decidendis, & finali cum executione terminandis, & aliis viis iuris, & remediis intendendis Auditoribus prædictis, vel Locateñ. suo nomine, vel tanq̃ subrogatis illorū Auditoribus, qui Sanct. suam sequerentur: Commissionum distributio (vt moris est) fieri deberet, & tam in prædictis, q̃ in aliis sibi hactenus cōmissis causis, per eosdem procedi, sententiari, & executio debita fieri valeret, & tam in prædictis, q̃ aliis, necnon per dictum Auditorem Cameræ, seu eius Locumteñ. in causis ad

eius iurisdictionem ordinariam, vel etiam per Commissiones, tam factas, q̄ de cętero faciendas spectañ. similiter procedi, iudicari, & quęuis executio fieri posset, perinde, ac si iidem Auditores, tam Palatii sui, q̄ Cam̄. Apost. Locūteneñ. & alii Iudices, & Commissarii præfati, cum Sanct. sua in eadem Vrbe in Ro. Cu. sicut ante discessum suæ Sanct. resedissent, & causas cognoscerent, & sua officia exercerent, & eandem Cu. censeri voluit, quo ad beneficia, quæ tam in dicta Vrbe, q̄ in Ciuitate, ad quam Sanct. sua se contulisset, vel permansisset, & infra duas dietas a dicta Ciuitate, in qua pro tempore fuisset, vacauissent, vt nullus de illis præter Sanct. suam, disponere posset. Constitutionemq́;, seu Regulam huiusmodi, a die recessus Sanct. suæ, etiam ante illius publicationem ligare: irritum quoq;, &c. decreuit, prout in dicta Constitutione continetur, cum denuo proponat ab eadem vrbe, cum præfato Carolo Imperatore, pro nonnullis rebus Rempub. Christianam concernentibus, loquendi causa, discedere; sicq; eandem Sanct. suam, ab ipsa vrbe, ad aliquod tempus abesse oporteat: volens etiā nunc dictis Officialibus, alisq; desuper opportune prouidere: Constitutionem, seu Regulam prædictam, cū omnibus clausulis, decretis, & verbis in ea contentis, innouauit, ac omnia & singula in Constitutione, seu Regula huiusmodi contenta, de nouo statuit, ordinauit, decreuit, & declarauit.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula, siue Constitutio Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnatioñ. Dominicę. M. D. XLI. Die vero Sabbati, xxvii. Mensis Augusti. Pontificatus pręfati Sanctissimi Domini nostri, Domini Pauli, diuina prouidentia, Papę, III. Anno Septimo.

A. Lomellinus Custos.

REGVLA CANCELLARIÆ APOSTOLI-cæ. S. D. N. Pauli, diuina prouidentia, Papæ. III. Qua declaratur quascunque expeditiones literarum Apostolicarum, hactenus temere & fraudulenter expeditas, & in futurum expedieñ. (mutata taxarum forma, in libris Cameræ Apostolicæ descripta) nullius roboris vel momenti existere, nisi cum conditionibus, & sub pœnis, in eadem Regula contentis.

SANCTISSIMVS in Christo Pr̃, & Dñs noster Dñs Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. Cui nuper innotuit, quod diuersi, expeditiones literarum Apostolicarum solicitantes, cæca cupiditate ducti: literas Apostolicas, super diuersis Monasteriis, quorum fructus, &c. in libris Cameræ Apostolicæ taxati existunt (mutatis quādoque eorum inuocationibus & denominationibus, ac sub expressione eorũ fructuum, &c.) non prout in libris huiusmodi, taxati reperiuntur, sed ad XXIIII. Duc. Auri de Camera, aut aliam taxam, eorundem librorum minorem summam expediri facere; temere, & fraudulenter, præsumpserunt, & indies præsumunt: sedem Apostolicam, & illius Cameram, ac Sanctę Romanę Ecclesię Cardinales, & dictę Curiæ Officiales, iuribus suis, indebite priuando: & eos, de quorum personis, eisdem Monasteriis prouidetur, seu quibus Monasteria prædicta commendantur, qui prætextu literarum, eo modo, surreptitie & obreptitie, ac al's, nulliter extortarum: se regimini, & administrationi Monasteriorum huiusmodi, de facto immiscent; ac eorum fructus indebite vsurpant; inhabilitate, & aliis pœnis, contra similia præsumentes, a iure institis, inique illaqueando. Volens, temeritatibus, & fraudibus prædictis occurrere, ac indemnitati sedis, & Camerę, ac Cardinalium, & Officialium prædictorum, debite prouidere: Quascunque literas, siue Prouisionis, siue Commendę, aut dispensationis retentionis quorumuis Monasteriorum, vt præfertur, taxatorum (mutatis eorum inuocationibus,

& denominationibus, in libris prędictis expressis, aut sub expressione eorum fructuum, alias q̃ in eisdem libris taxati reperiuntur, hactenus expeditas, & imposterum expediendas) nullas, irritas, & inanes, nulliusq; roboris & momenti esse, ac viribus omnino carere, & personis, in quorum fauorem hactenus emanarunt, seu imposterũ emanabunt, suffragari, aut per eas, cuiq̃ ius, in dictis Monasteriis, vel ad illa, acquiri, seu coloratum titulum possidendi, tribui, necnon literas huiusmodi, per quasuis alias literas apostolicas, etiã perinde valere, aut alĩs, quouis modo (nisi solutis prius iuribus eorundem sedis, Cameræ, Cardinalium, & Officialiũ) reualidari non potuisse, nec posse: ac eos, de quorum personis, Monasteriis prædictis, prouisum, aut cum quibus, super eorum retentione dispensatum fuit, seu quibus Monasteria ipsa commendata fuerunt, eorundem Monasteriorũ fructus suos non facere, sed ad eorum restitutionem teneri, & efficaciter obligatos esse, decreuit. Voluitq;, per modernos, suum & Collegii, eorundem Cardinalium Camerarios, iis, qui literas huiusmodi hactenus solicitarunt, & expediri fecerunt: aliquem competentem terminũ, infra quem, ipsi per eorum principales, Sedi, Cameræ Cardinalibus, & Officialibus prædictis, de eisdem iuribus suis satisfieri procurent, & faciant, ipsorum Camerariorum arbitrio præfigi, et eo elapso, si per principales pręfatos, eisdem Sedi, Camerę, Cardinalibus, & Officialibus satisfactum non fuerit: ipsos, qui literas prædictas, vt præfertur, solicitarunt, & expediri fecerunt, ad solutionem iurium huiusmodi: eisdem Sedi, Cameræ, Cardinalibus, & Officialibus, de suo faciendam, omnibus iuris remediis, cogi, & compelli. Et insuper, voluit, statuit, & ordinauit, q͂ omnes & singuli, qui de cætero literas Apostolicas, super Monasteriis huiusmodi (etiam si de eis consistorialiter disponi non cõsueuerit) mutatis inuocationibus, & denominationibus, aut absq; expressione taxæ librorum huiusmodi, solicitauerint, aut solicitari, vel expediri fecerint, aut prætextu literarum sic expeditarum, regimini, & administrationi ipsorum Monasteriorum, se

immiſcere,ſcienter prçſumpſerint, cuiuſcunq; , ſtatus, gra-dus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, aut alia maiori dignitate eccleſiaſtica præfulgeant: ſententiam excommunicationis maioris,& priuationis,tam prç-dictorum,q̃ aliorum Monaſteriorum & beneficiorum eccleſiaſticorum,cum cura & ſine cura,ſecularium,& quorumuis ordinum regularium;necnõ tam eccleſiaſticorum, q̃ ipſius Romanæ Curiæ Officiorum,quæ ipſi tunc,etiam ex quibuſuis conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis,in Titulum,commendam,& adminiſtrationem,ac alſs, obtinuerint, necnon inhabilitatis ad illa,aut alia ſimilia, vel diſſimilia, impoſterum obtinenda,& perpetuæ infamiæ, ac mille Du-catorum Auri de Camera,Fabricæ Baſilicç Principis Apoſtolorum de Vrbe,applicandorum : necnon omnes & ſin-gulas alias pœnas, contra ingerentes ſe in regimine & ad-miniſtratione Cathedralium Eccleſiarum, aut Monaſterio-rum,alioſq;,beneficia eccleſiaſtica,abſq; titulo,occupantes, a iure latas & inflictas,eo ipſo,reſpectiue incurrant : Decernens eos,etiam prætextu Confeſſionalium, aut aliarum cõceſſionum,ſeu facultatum eis vel aliis quibuſuis, facienda-rum : a ſententia & pœnis prædictis,abſolui,aut cum ipſis, ſuper præmiſſis,diſpenſari non poſſe,ab alio, q̃ Sanctitate ſua,aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, prçterq̃ eis in articulo mortis conſtitutis, & tunc præcedente debita ſatisfactione iurium prædictorum,ac mille Ducatorum prædictorum,eiſdem Sedi, Camerç Cardinalibus, & Offi-cialibus,ac Fabricæ,impendenda : Sicq;, in præmiſſis o-mnibus & ſingulis, per quoſcunq; &c. Sublata &c. inter-pretari,& diffiniri debere : ac irritum &c.

Placet publicetur,& deſcribatur. A.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ,in Cãcellaria Apoſtolica, Anno incarnationis Dominicæ. M. D.XLIIII. die vero Iouis.xiii. Menſis Nouembris. Põtificatus præfati .S.&c.Pauli,&c.Papç.III.Anno.XI.

A.Lomellinus Cuſtos.

Regula, super Reuocatione Mandatorum, & aliarum gratiarum ad vacatura: præterq̃ in forma Capituli, Mandatum in Francia.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidentia, Papa III. qui, licet al's, intendens vestigiis nonnullorum Prædecessorum suorum, qui decursis aliquibus annis Pontificatus eorum, gratias Expectatiuas, sub noua dat. tam in communi, q̃ speciali forma concesserant, inhærendo: nouas gratias Expectatiuas suo tempore concedere: Omnia & singula, Expectatiuas, vniones temporales, & alias, citra accessus, & regressus, ac de consensu Coadiutorias: gratias ad vacatura beneficia, earumq; extensiones, reualidationes, & collationum mutationes, ac (præterq̃ super quibus per Cancellariam apostolicam literæ in forma solita expediri consueuerant) speciales reseruationes, necnon nominationes, & nominãdi facultates, ac Mandata de prouidendo, & alias concessiones, de beneficiis vacaturis, & illa commendando, seu al's, de eis disponendo (præterq̃ in forma Capituli Mandatum in Francia) quibusuis personis, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existerent, etiã si Cardinalatus honore, aut alia ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgerent, a Sanct. sua & sede Apostolica, seu eius Legatis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, non tamen consistorialiter concessa, approbata, & innouata, per Constitutionem uam, super hoc publicatam, reuocauerit: tamen ad nonnullorum importunam instantiam, seu preces, aut ex aliis causis: q̃plures alias reseruationes, & gratias, ac mandata ad vacatura beneficia, diuersis personis concessit: Cupiens pauperibus clericis secularibus, & regularibus, ac aliis bene meritis personis, in concessione nouarum gratiarum huiusmodi, se liberalem exhibere: ac propterea, intendens nouas gratias huiusmodi, in Calen. Ianuarii proxime futuris omnino concedere; quæcunq;, Expectatiuas, vniones temporales,

porales,& al's,citra accessus & regressus,ac de consensu Coadiutorias: gratias ad vacatura beneficia,earumq; extensiones,reualidationes,& collationũ mutationes; ac (præterq̃ super quibus per Cancellariam prædictam,literæ in forma solita expediri consueuerunt) speciales reseruationes, necnon nominationes,& nominandi facultates, ac mandata, & alias concessiones de prouidendo,de beneficiis vacaturis, & illa commendando,seu al's,de eis disponendo(præterquã in forma Capituli Mandatum in Francia) quibusuis personis,cuiuscunq; dignitatis,status,gradus,ordinis, vel conditionis existentibus,etiam si Cardinalatus honore, aut alia ecclesiastica,vel mundana dignitate præfulgeant;ac etiã facultates & indulta, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinariis,cæterisq; ordinariis Collatoribus (nõ tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus) quãdiu vixerint,seu ad aliud tempus, disponẽdi de beneficiis ecclesiasticis,secularibus,& regularibus,ad eorũ collationem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentibus,etiam si dispositioni Apostolicæ reseruata, seu ex generali reseruatione Apostolica affecta forent,in aliis q̃ alternatis, seu eisdem ordinariis Collatoribus,per Sanctitatem suam,vigore constitutionum suarum,aut dictæ Cancellariæ Regularum,cõcessis & concedendis mensibus; ac etiam, quo ad beneficia, eidem dispositioni generaliter reseruata, seu affecta duntaxat,in eisdem alternatis mensibus, per ipsam Sanctitatem suam,& sedem prædictam,seu eius Legatos, etiam Motu; & scientia,ac de potestatis plenitudine similibus,etiam Imperatoris,Regum, Ducum, aut aliorum Principum consyderatione,& ex quibusuis, etiam vrgentissimis causis, ac cum quibusuis declarationibus,& mentis suæ attestationibus, & a reuocationibus,præseruatiuis, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis,necnõ irritãtibus,& q; illa, ex tunc effectum sortita essent, & plenum ius in re acquisitum fore censeretur,ac illis (non nisi certis modo & forma in eis expressis, & de consensu eorum,quibus cõcessa forent) derogari posset,aut q; illa nullatenus reuocari valerent, & quotiens illa

reuocarentur; totiens de nouo, ac sub dat. per eos eligenda, cōcessa, & innouata essent, & esse censerentur, ac expediri possent. Et sic per quoscunq; Iudices iudicari deberent: aliisq; efficacioribus, etiam vim Contractus inducentibus, decretis; etiam de consensu ordinariorum Collatorū, & al's, quomodolibet, non tamen consistorialiter hactenus concessa, approbata, & innouata. Quorum omnium tenores, & formas, ac decreta in illis apposita, Sanct. sua pro expressis haberi voluit, quo ad ea, in quibus vere & realiter, aliter q̄ ex decreto in eis apposito, non sunt effectum sortita, expresse reuocauit: Decernens irritum, &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ. M. D. XLIIII. Die vero Martis, nona Mensis Decembris. Pōtificatus præfati S. D. N. D. Pauli, diuina Prouidētia Papæ III. Anno Vndecimo.

A. Lomellinus Custos.

¶ PROROGATIO EXPECTATIVARVM vsq; in Caleñ. Martii proxime futuris.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidētia, Papa. III. qui nuper cupiens pauperibus clericis secularibus, & regularibus, ac aliis benemeritis personis, in concessione gratiarum Expectatiuarum se liberalem exhibere: Per aliam Constitutionem suam, die nona præsentis mensis Decembris in dicta Cancellaria publicatam, omnibus innotescere voluerat; q̄ nouas gratias huiusmodi, in Cal. Ianuarii proxime futuris, omnino concedere intendebat. Ob huiusmodi temporis intermedii breuitatem: concessionem, & generalem expeditionem gratiarum earundem; vsq; ad Caleñ. mensis

Martii proxime futuri, prorogandam duxit, & prorogauit, intendens illas in hmôi Cal. Martii omnino cócedere.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ. M. D. XLIIII. Die Martis. xxiii. Mensis Decembris. Pontificatus præfati. S. D. N. D. Pauli, &c. Papę. III. Anno. X I.

A. Lomellinus Custos.

ALIA PROROGATIO GRATIARVM Expectatiuarũ, vsq; ad Caleñ. Aprilis proxime venturi.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidẽtia, Papa. III. qui alias, postq̃ cupiens pauperibus clericis secularibus, & regularibus, ac aliis benemeritis personis, in cócessione gratiarum Expectatiuarum, se liberalem exhibere: Per quandã Nona mensis Decembris proxime præteriti, in Cancellaria Apostolica publicatã, omnibus innotescere voluerat, ꝙ nouas gratias huiusmodi, in Caleñ. Ianuarii, tunc proxime futuri, omnino concedere intendebat. Per aliã. XXIII. dicti mensis in eadem Cancellaria publicatam, Constitutiones suas: concessionem, & generalem expeditionem gratiarum earundem, vsq; ad Caleñ. Martii, etiã tunc proxime futuri, prorogandam duxit, & prorogauit. Et ex certis causis animum Sanctitatis suæ mouentibus, in concessione, & generali expeditione gratiarũ huiusmodi, vsq; ad Caleñ. Aprilis proxime futuri supersedendum duxit, intẽdens illas omnino in dictis Caleñ. Aprilis concedere.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ.

M. D. XLIIII. Die vero Vigesimatertia Mensis Februarii. Pontificatus prefati. S. D. N. D. Pauli, diuina prouidentia, Papæ Tertii. Anno Vndecimo.

A. Lomellinus Custos.

¶ REGVLA CANCELLARIÆ APOSTOlicæ. S. D. N. D. Pauli, diuina prouidentia Papæ .III. qua declaratur (pro confirmatione Regulæ Sanct. suæ, sub die. 13. Nouemb. proxime præteriti, in Cancellaria Apostolica lectę, & publicatæ) omnia & singula Monasteria, in dicta Regula cōpræhensa: ac beneficia, a dictis Monasteriis depeñ. & resignat. seu resignañ. fraudulenter, & in contemptum dictæ Regulæ, seu decreti Sanct. suę: Ex nunc, prout ex die expeditionis literarum huiusmodi, vacare, & vacari debere, ac viribus omnino carere.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dñs noster, Dominus Paulus, diuina prouidētia Papa Tertius, qui alias, cum sibi innotuisset, ꝙ diuersi, expeditiones literarum apostolicarū solicitantes: cæca cupiditate ducti: literas apostolicas super diuersis Monasteriis, quorum fructus, &c. in libris Cameræ Apostolicæ taxati existebāt (mutatis quandoq; eorum inuocationibus, & denominationibus, ac sub expressione eorum fructuum &c.) non prout in libris huiusmodi taxati repetiebantur, sed ad. XXIIII. Ducatos auri de Camera, aut aliam taxā eorūdem librorū minorem summā, expediri facere, temere & fraudulenter, præsumpserant, & in dies præsumebant, Sedem Apostolicam, & illius Cameram, ac Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & dictę Curiæ Officiales, iuribus suis indebite priuando, & eos, de quorū personis, eisdem Monasteriis prouidebatur, seu quibus Monasteria ipsa cōmendabantur: quoniam prętextu literarum, eo modo, surreptitie, & obreptitie, ac al's, nulliter extortarū, se regimini, & administrationi Monasteriorum huiusmodi, de facto se immiscebant, ac eorum fru-

ctus indebite vsurpabant, inhabilitate, & aliis pœnis, contra similia præsumentes, a iure inflictis, inique illaqueando. Volens temeritatibus, & fraudibus prædictis occurrere, & indénitati Sedis, & Cameræ, ac Cardinalium, & Officialiū prædictorum, debite prouidere: inter alia, quascūq; literas, siue Prouisionis, siue Commēdę, aut dispensationis retentionis quorūuis Monasteriorum, vt præfertur, taxatorum (mutatis eorum inuocationibus, & denominationibus in libris prædictis expressis, aut sub expressione eorum fructuum, alīs q̃ in eisdem libris taxati reperiuntur, eatenus expeditas, & extunc expediendas) nullas, irritas, & inanes, nulliusq; roboris & momenti esse, ac viribus omnino carere; & personis in quorum fauorem eatenus emanauerant, seu extunc emanarent, suffragari, aut per eas, cuiq̃, ius in dictis Monasteriis, vel ad illa acquiri, seu coloratum titulum possidēdi tribui; necnon literas huiusmodi, per quasuis alias literas apostolicas, etiam perinde valere, aut alīs, quouis modo (nisi solutis prius iuribus eorūdem Sedis, Cameræ, Cardinalium, & Officialium) reualidari non potuisse, nec posse: ac eos, de quorū personis, Monasteriis prædictis, prouisum, aut cum quibus super eorum retentione dispensatum fuerat, seu quibus Monasteria ipsa cōmendata fuerant, fructus eorundem Monasteriorum suos non facere, sed ad eorum restitutionē teneri, & efficaciter obligatos esse decreuit. Cum personæ prædictæ, decretum huiusmodi vilipendere videantur, nec hactenus, prouisionem aliquam super retentione Monasteriorum prędictorum, obtinere curauerint: Volens temeritatibus & fraudibus prædictis, euidetius & expressius, occurrere, ac indénitati Sedis & Cameræ, necnō Cardinalium, & Officialium hmōi, efficacius prouidere; decreto prædicto in suo robore permanente; Statuit & ordinauit, ꝙ omnia & singula Monasteria, sub eodem decreto compræhensa, ex nunc, prout ex die expeditionis literarum huiusmodi, vacent, & vacare censeantur: Ac ꝙ omnes, & singulæ collationes, & prouisiones, ac quæuis alię dispositiones, de quibusuis beneficiis ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus,

& quorumuis ordinum regularibus, ab eisdem Monasteriis dependentibus, seu ad ipsorum Monasteriorum, Abbatum, seu Commendatariorum pro tempore existentium, collationem, prouisionem, seu quauis aliam dispositionē, quomodolibet spectantibus, quouis modo, etiam per resignationē illa obtinentium, quomodolibet vacantibus; per easdē personas, quibusuis, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, dignitatis, vel conditionis existentibus, etiam Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia quauis, etiam maiori dignitate fungētibus, hactenus factę, & imposterum faciendæ: nullæ, irritę, & inanes, nulliusq; roboris, vel momenti, existāt, ac viribus omnino careant, & personis in quarum fauorem hactenus factæ sunt, & imposterum fient, minime suffragentur: nec p eas, cui q̄ aliquod ius, in ipsis beneficiis, vel ad illa, quomodolibet acquiratur, aut coloratus titulus possidendi tribuatur. Quinimmo, beneficia ipsa, collationibus & prouisionibus, ac quibusuis aliis dispositionibus prædictis, necnon superinde forsan a sede prędicta pro tempore obtentis, nouis prouisionibus non attentis, vacent & vacantia remaneant, ac ab aliis a dicta sede, libere impetrari possint: Quodq; sic in pręmissis omnibus & singulis, per quoscunq; &c. Sublata &c. iudicari, & diffiniri debeat: ac irritum &c. existat.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicę. M. D. XLIIII. Die vero Lunę, Vigesimatertia Mensis Februarii. Pontificatus præfati. S.D.N.D. Pauli, diuina prouidentia, Papæ Tertii. Anno Vndecimo.

A. Lomellinus Custos.

¶ Alia prorogatio Expectatiuarum, vsq; ad .xxii. diem Aprilis proxime futuram.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dñs noster, Dominus Paulus, diuina prouidentia, Papa Tertius: qui alias, postq̃ per quandã Nona mensis Decẽbris proxime preteriti, omnibus innotescere voluerat: q̀ nouas gratias Expectatiuas, in Cal. Ianuarii tunc proxime futuris, omnino concedere intendebat; Et per aliam vigesimatertia dicti mensis concessionẽ & generalem expeditionẽ gratiarum earundẽ, vsq; ad Caleñ. Martii etiam tunc proxime futuras, prorogandam duxerat & prorogauerat. Per reliquã vigesimatertia mensis Februarii etiam proxime præteriti, in Cancellaria Apostolica publicatas Constitutiones suas: in concessione & generali expeditione gratiarum huiusmodi, vsq; ad Caleñ. Aprilis proxime futuras, supersedendum duxit, attendens diem Mercurii maioris hebdomadę, in eisdem Caleñ. Aprilis cadere. Et propterea concessionem, & generalem expeditionẽ gratiarũ huiusmodi, dicta die, ob eius qualitatem cõmode fieri non posse: concessionem, & generalem expeditionem gratiarũ earundem, vsq; ad vigesimam secũdam diem mensis Aprilis proxime futuram, de nouo prorogandam duxit, & prorogauit, intendens illas omnino dicta die concedere.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romę, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnatioñ. Dominicæ. M.D. XLV. Die vero Sabbati vigesimaoctaua mensis Martii. Pontifi. S.D.N.D. Pauli, diuina prouidentia Papæ. III. Anno Vndecimo.

A. Lomellinus Custos.

Nouæ Regulæ Cācellariæ

APOSTO. PER SANCTISSIMVM D. N. D. Paulum, diuina prouidentia Papam. III. Super gratiis Expectatiuis per ipsum dandis, editæ.



ANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dn̄s noster. Dominus Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. qui intendens vestigiis nonnullorum Prædecessorum suorum; qui decursis aliquibus eorū Pōtificatus annis; Gratias Expectatiuas, sub noua dat. tam in cōmuni, q̄ speciali forma, concesserunt, inhærendo: nouas gratias Expectatiuas concedere varias & longas, an & qualiter ab eo gratiæ Expectatiuæ huiusmodi concederētur, cōsultatiōes habuit. Tādem, cupiens vestigiis hmōi inhȩrendo, pauperibus & aliis clericis secularibus, ac regularibus personis, in huiusmodi gratiarum concessionibus, liberalem se exhibere: Gratias huiusmodi concedere disposuit, formis contentis in Regulis, & Constitutionibus infrascriptis: quas, durantibus gratiis ipsis, obseruari voluit.

¶ De expeditione literarum pro pauperibus.

¶ IMPRIMIS, voluit idem. D. N. ꝙ pro pauperibus clericis beneficiandis; dentur vsq; ad annum, & non vltra, literæ in ea forma secundum quam pro eis tempore fe. re. Martini Papæ. V. scribi consueuit; Videlicet, ad vnum Collatorem, saluo ꝙ si ad collationem Decani, & Capituli, vel Abbatis & Conuentus, aut Abbatissȩ & Conuentus, impetrauerint: detur clausula, cōmuniter vel diuisim: vbi antiquitus dūtaxat dabatur cōmuniter. Et si ipsi, iuxta eorū sufficientiā locentur, per tria bene, aut per duo bene, & vnum compe-

tenter, vel duo bene, & vnum debiliter, aut duo cōpetenter in lectura & constructione, & vnum male in cantu. Per totā vero Hispaniam, & Gasconiam, habentibus bene legit; competenter construit; nihil cantat; vel habentibus competenter adminus tria: detur ad beneficium cum cura. Sed habentibus duo competenter, etiam si vnum sit in cantu: detur ad beneficium sine cura.

ℭ Priuilegium pauperum.

ℭ ITEM, idem. D. N. cupiens pauperibus clericis prouideri: Voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ oēs & singuli, qui suas in forma, secundū quam pro pauperibus clericis beneficiandis scribi consueuit, de beneficiis ecclesiasticis vacantibus, vel vacaturis, literas obtinuerint: In ipsorum assequutione beneficiorum, quæ sine cura, & nō Canonicatus, & prębeñ. vel personatus fuerint, singulis aliis ibidem beneficia ecclesiastica per literas Apostolicas expectantibus, & tunc beneficia, quorum fructus, &c. vltra decem Florenos auri de ca. se. co. ex. annuatim valeant. pacifice possidentibus, seu pensionem annuam similis summæ, super fructibus, red. & prouen. ecclesiasticis percipientibus, quacunq; antelationū Prȩrogatiua munitis, omnino conferantur.

ℭ Quis possit acceptare in forma pauperum.

ℭ ITEM, ꝙ omnes & singuli, obtinentes beneficia. 24. librarum, vel similis Monetæ cōmuni extimatione valoris annui, seu pensionem annnuam similis summæ, super fructibus, redditibus, & prouen. ecclesiasticis percipientes: & etiā non habentes possessionem beneficiorum, in quibus se ius habere asserunt, vel super quibus litigant, cuiuscunq; valoris annui, quem non teneantur exprimere; possint in communi forma pauperū literas impetrare, ita ꝙ per assecutionem alterius, alia dimittere teneantur: & pensio cesset, & expiret.

¶ Q đ pauperes graduati, possint habere duas literas.

¶ ITEM, ꝙ iidem pauperes clerici, si graduati sint, possint habere duas literas in forma gratiæ specialis, fructuū valore, & aliis beneficiorum qualitatibus non mutatis.

¶ Q đ pauperes possint locari extra suam Prouinciam.

¶ ITEM, ꝙ ipsi pauperes extra suam Prouinciam locari possint, si ibidem per sex annos moram traxerint, & etiam in aliis dioc. vbi suam perpetuam elegerint mansionem: & ꝙ caueatur in literis, ꝙ per procuratores acceptare, & sibi prouideri facere possint.

¶ Prerogatiua pauperum in Rom̄. Curia.

¶ ITEM illis, qui tanto tempore in Romana Curia resederint, ꝙ ibidem, de laudabili vita, & honesta conuersatione eorum constare potest; dentur Exequutores in Curia; alioquin extra Curiam, cum clausula; quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, &c.

¶ Item, voluit, ꝙ per fiat vt petitur, dentur duæ Collationes, &c. Et cum clausula, si petatur, etiam ratione dignitatū, personatuum, administrationum, & officiorum, quę ibidem obtinent, & in partibus Italiæ, totidem beneficia ecclesiastica, etiam si alterum ęorum Canonicatus, & præbeñ. Ecclesię Cathedralis fuerit, & in aliis partibus vnum duntaxat beneficium. Q đꝗ Canonicatus, & pręben̄. cū Præstimoniis, præstimonialibus portionibus, obligiis, additamentis, ferculis, & supplementis vnius Canonici cedentis, vel decedentis. Quorum quidem Pręstimoniorum, &c. si pro Magistris licentiatis, Baccalariis formatis in Theologia, aut Doctoribus, vel cum rigore examinis licentiatis in iure Canonico, vel Ciuili, seu magnis Nobilibus. L X. Et si pro aliis, gratiæ huiusmodi fuerint. XXX. librarum Turoneñ. par. vel tantūdem in alia moneta, fructus, &c. se. com. ex. va. an. non excedant, & etiam Canonicatus & præbeñ, necnon di-

gnitas,vel Personatus,&c. Cathedralis, vel Collegiatæ ecclesiæ,pro vno beneficio computentur.

¶ Item,ꝙ loco verborum,cum Pręstimoniis,&c.non ponantur verba,& præstimonia,&c.

¶ Item,ꝙ pro Religiosis, literę super Expectatiuis gratiis non expediantur,nisi particularis,& extra rotulum, signatura desuper suffragetur.

¶ De beneficiis,quæ conceduntur Vltramontanis.

¶ ITEM,in partibus Vltramōtanis,extra Daciam, Sueciam,Noruegiam,Scotiam,Angliam,& Hiberniam;nullis, nisi Magistris Liceñ. Baccalariis formatis in Theologia, aut Doctoribus,seu cum rigore examinis licentiatis in iure Canonico,vel Ciuili,aut in Artibus,qui post suorum in illis graduum susceptionem,per biennium rexerint, seu studuerint,vel in Medicina Magistris,aut qui per sex annos studuerint in altero ex iure huiusmodi,Baccalariis, vel Apostolicę Sedis Officialibus,& Nobilibus,ac de militari genere procreatis,nepotibus,& consanguineis Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalium;detur per Expectatiuas ad Canonicatus,& prębeñ.dignitates,&c. Cathedralium ecclesiarū ; vel qui desuper à pręfato Domino nostro, per reformationē, vel als,habuerint Signaturam specialem.

¶ De Taxis in beneficiis.

¶ ITEM, Magistris, Licentiatis, Baccalariis formatis in Theologia,ac Doctoribus in iure Canonico, vel Ciuili, magnis Nobilibus, in Canonicos alicuius ecclesiæ creari, seu ad vnam dūtaxat collationem Expectatiuam gratiam sibi concedi petentibus; detur ad vnum beneficium cuiuscunq; taxæ.

¶ Item, Magistris,& Baccalariis formatis in Theologia, ac in iure Canonico, vel Ciuili Doctoribus, vel Licentiatis,ac in Medicina,etiam Magistris in Artibus,quo ad taxationem Decimę,ad medietatem reductis:si cum cura,lxxx. & sine cura.lx. Sed in aliis non reductis:si cum cura, cxx.

si vero sine cura.lxxx.librarũ Turoneñ.par.se.tax. deciæ.
¶ Item, Baccalariis in Theologia nõ formatis, magistris i Artibus,ac in iure Canonico vel Ciuili Baccalariis, & i Medicina licentiatis,in partibus reductis;si cũ cura.lx. & si sine cura.xl. Ac in non reductis; si cũ cura.c.& si sine cura. lxx. librarum Turoneñ.par.se.tax.prædictam.
¶ Item,secularibus non graduatis, in partibus reductis; si cum cura.xl. & si sine cura.xxx. ac in aliis non reductis; si cum cura .lx. & si sine cura.xl. librarum Turoneñ. par. se. tax.prædictã.
¶ Item, regularibus graduatis, & non graduatis, in partibus reductis.lx.& non reductis. lxxx. librarum Turoneñ. par.se.tax. prędictam.
¶ Item,in Alemãnia,cum argenti;necnon in Anglia, Scotia, & Hibernia,cũ Ster.Marchis; detur secularibus magistris,& Baccalariis formatis in Theologia,ac in iure Canonico vel Ciuili Doctoribus, & Licentiatis, ac in Medicina, etiã magistris: si cũ cura .xxxv. & sine cura,Vigintiquinq;. Baccalariis vero in Theologia non formatis, magistris in Artibus,ac in iure Canonico vel Ciuili Baccalariis,& i Medicina Licentiatis;si cum cura.xxx.& sine cura.xxv.& aliis non graduatis:si cum cura.xxv.& sine cura.xviii.necnõ regularibus.xxx.Mar.se.tax.prædictam.
¶ Item in Italia,& Hispaniarum Regnis,non graduatis, si cum cura.lx.& sine cura.xl. Flor.auri,se.tax.De graduatis vero,quemadmodum supradictum est.
¶ Itẽ in forma pauperum in partibus Gallicanis reductis;si cum cura.xxx.& sine cura.xxv.Et nõ reductis vero, si cũ cura.L.& sine cura.xxx.In Italia autem Hispania,& Aragonia:si cum cura .xl. & sine cura .xxv. librarum Turoneñ. par.In Alemãnia:si cum cura.xx.& sine cura.xv.Mar.argẽti.In Anglia vero,Scotia,& Hibernia: si cum cura.xxx. & sine cura.xx.Mar.Ster.se.tax.prædictam.

¶ De derogatione statutorum Ecclesiarum Cathedralium.

¶ ITEM, ꝙ Priuilegiis, statutis, seu consuetudinibus de

optando, vel assequẽdo maiores, aut alias prębeñ. vel optãdo per illos, qui Canonici Cathedraliũ Ecclesiarum, aut in eis beneficiati non fuerint, Præstimoniis, præstimonialibus portionibus, seu simplicibus beneficiis, & non recipiendis illegitimis, & dũtaxat graduatis: nullatenus derogetur, nisi seorsum sufficiens Signatura habeatur.

¶ Doctores, &c. præferantur aliis in parochialibus Ecclesiis.

¶ I T E M, ꝙ magistri Licenti, Baccalarii formati in Theologia, necnon Doctores, seu cum rigore examinis licentiati in iure Canonico, vel Ciuili: reliquis etiam sub pari vel maiori data expectantibus, in assecutione parochialium Ecclesiarum habentium communi, quæ secundum famam publicam attendatur, æstimatione duo millia cõmunicantiũ omnino præferantur.

¶ Qui possint obtinere dignitates.

¶ I T E M, ꝙ in partibus Vltramontanis, dignitates, licet maiores, vel principales non sint; ratione quarum, eas obtinentes pro tempore, Capitulis præesse, & singularum personarum ibidem exercere curam animarum habuerint: per alios, q̃ magistros licentiatos, seu Baccalarios formatos in Theologia, aut Doctores, seu licentiatos in iure Canonico, vel Ciuili, aut Medicina, vel in Artibus, qui post suorum in eis graduum susceptionem, per triennium rexerint, vel studuerint: magistros, aut Apostolicæ Sedis Officiales, vigore seu prætextu literarum super expectatiuis gratiis concessarum, acceptari non possint.

¶ De non examinandis.

¶ I T E M, Doctores in iure Canonico, vel Ciuili, & in Theologia, vel in Medicina, ac in Artibus magistri: necnõ in aliquo ex iure, vel Theologia huiusmodi licentiati, & Baccalarii: non examinentur.

¶ Hoſpitalia, non compræhendantur ſub Expectatiuis.

¶ ITEM, Hoſpitalia, domus Leproſorum, aliaq; pia loca, necnon laicis aſſignari ſolita, & clauſtralia Officia: ſub Expectatiuis gratiis minime comprehendantur.

¶ Extra nationem ſuam, nulli liceat impetrare gratiam Expectatiuam.

¶ ITEM, nulli gratia Expectatiua extra ſuam nationem cōcedatur, niſi idioma, quod communiter homines loquūtur, ibidem itelligat, & intelligibiliter loqui ſciat: alioquin gratia huiuſmodi ſit nulla.

¶ Nullus valeat acceptare, literis non expeditis.

¶ ITEM, nullus vigore gratię Expectatiuę, ſeu ſpecialis reſeruationis, ſeu reualidationis, vel extenſionis, eius literis deſuper non confectis: aliquod beneficiū acceptare, vel aſſequi valeat, & al's, acceptatio, & aſſecutio huiuſmodi, nullius ſint roboris vel momenti.

¶ De non habendo duas Expectatiuas.

¶ ITEM, voluit, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ nullus duabus gratiis Expectatiuis, ſeu ſpecialibus reſeruationibus, aut Expectatiua, & ſpeciali reſeruatione ſimul, etiam ſi ambæ, vel altera earum, Motu proprio, ſeu al's, quomodolibet conceſſa fuerint, niſi vna illarum tempore datę conceſſionis alterius conſumpta extiterit, vti poſſit. Sed ſi tales duę gratię, altera non conſumpta, ſibi conceſſę fuerint, & expeditis ſuper vtraq; illarum literis Apoſt. in expeditiōne literarum, quas poſtremo expediri fecerit; mentio de prima facta nō fuerit; vel non elegerit, ſeu mentem ſuā, ſuper hoc, qua gratiarum hmōi vti voluerit, in pręſidentia Cācell. apoſt. etiam corā ipſius Cancellariæ Notario nō declarauerit: effectū careat vtriuſq; gratiarum earundem.

¶ De beneficiis ſeruitoriis non acceptandis.

¶ ITEM, ꝙ nullus, vigore cuiuſcunq; gratię Expectatiuę,

per ipsum Dominum nostrum, sibi de Canonicatu, cum reseruatione prębeñ. aut dignitatis, personatus, administrationis, vel officii: necnon Pręstimoniorum, pręstimonialiũ portionum, & simplicium beneficiorum, sub quacunq; verborum forma concedendę, aliquod seruitorium beneficium acceptare, vel de illo sibi prouideri facere possit: Decernens irritum, &c.

De beneficiis reseruatis.

ITEM, statuit, & ordinauit, ꝙ nullus vigore cuiusuis gratię Expectatiuę, quodcũq; beneficium ecclesiasticũ Apostolicę dispositioni generaliter reseruatum, vel ex generali apostolica reseruatione affectum, etiam si al's, sub huiusmodi gratia comprętendi videretur, acceptare, & de illo sibi prouideri facere possit, siue debeat: Decernens irritum, & inane, quicquid secus contigerit attentari.

De Insinuatione, & publicatione.

ITEM, voluit, & ordinauit, ꝙ quicunq;, vigore gratiarum Expectatiuarum acceptauerit quęcunq; beneficia secularia, vel regularia, cum cura, & sine cura, etiam si Canonicatus, & prębeñ. ac dignitates, personatus, administratiões, vel officia fuerint: teneantur, & debeant infra vnius mensis spatium, a tempore huiusmodi acceptationis computandũ, de huiusmodi beneficiis per eos, vt prefertur, acceptatis: sibi per suos Executores, vel Subexecutores facere prouideri: alioquin, lapso dicto mense huiusmodi, acceptationes per eos factę, ac quęcunq; indesecuta, quo ad numerum & qualitatem beneficiorum, quę acceptationes concernerent vel concernere possent: eo ipso, sint cassa, & irrita, nulliusq; roboris vel momenti. Et ꝙ infra tres menses a die prouisionis huiusmodi extunc immediate sequentes: teneantur huiusmodi acceptationes in loco beneficii huiusmodi publicare: al's, gratia, acceptatio, & prouisio huiusmodi, sint nullę: Necnon a tempore publicationis earũdem, acceptationes, prouisiones, & publicationes huiusmodi, ipsorum possessoribus beneficiorum, si qui fuerint a die quo intrusi extiterint, infra annum intimari facere, vel super iure (si quod

eis in dictis beneficiis cōpetere putauerint) iudicialiter experiri debeant, & teneantur: alioquin, si postmodum ipsis in dictis beneficiis ius competiisse cōstiterit: gratię, quo ad numerum & qualitatem beneficiorum huiusmodi; necnon acceptatiō. & prouisiones prędictæ, nullius sint roboris, vel momenti, pręsentes tamen, in Romana Curia publicatiões huiusmodi, in Audientia Contradictatum, per Auditores eiusdem, vel tempore vacationū, & quotiens huiusmodi Audientia nō tenetur, in Cancellaria Apostolica, coram inibi Præsidentibus, per illius Notarium fieri facere possint. Cui quidem Notario pro tempore rogato, vt Protocollū, duo bollendini, & instrumeñ. desuper conficiat: quatuor grossi Turoneñ. soluantur, de quibus merito contentetur: nec aliquid vltra, sub pœna perditionis emolumentorum Officii, seu Notariatus Cameræ Apost. applicandorum, per tres menses, quotiens secus fecerit, petere aut recipere prę sumat. Ac decreuit idem Dominus noster, si dictos acceptantes in habendis prouisionibus, ac faciendis publicationibus huiusmodi deficere, vel negligentes esse cōtigerit: ꝙ locorum ordinarii, ad quos id al's, pertinuerit, de dictis bñficiis, post præfatos menses disponere possint, perinde, ac si grę prędictæ, etiam cum decretis irritātibus, nullatenus emanassent.

De mensibus ordinariorum.

ITEM, vt Pręlati, & alię personę ecclesiasticę, ad quos dignitatum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum collatio, prouisio, pręsentatio, electio, seu quęuis alia dispositio pertinet, ab eodem Domino nostro, gratias, & fauores reportasse dignoscantur: Ipse Dominus noster, Prælatis, & personis prędictis, vt de quibusuis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, Canonicatibus, & pręben dis, necnon quibusuis aliis beneficiis ecclesiasticis, cum cura & sine cura secularibus, & quorūuis ordinum regularibus, ad eorum collationem, prouisionem, pręsentationem, seu quāuis aliam dispositionem pertinentibus, quę infra quinquēnium, a dat. diei .xxii. pñtis mensis Aprilis, Pontificatus

sui,

sui, Anno Vndecimo, cõputandum. In Martii, Iunii, Septẽbris, & Decembris, mensibus, vacare contingerit: dummodo dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata, seu ex generali apostolica reseruatione affecta non fuerint, perinde ac si a sede aplica, vel Legatis eius, gratię expectatiuæ, aut super illis reseruationes nõ emanaret, ordinaria auctoritate, libere dispõere possint, cõcessit, & decreuit: Irritũ, & inane &c.

ℂ De pluribus in eadem Ecclesia expectantibus.

ℂ ITEM, idem. D. N. Prędecessorum suorum similiter vestigiis inhęrendo: Voluit statuit, & ordinauit, ꝙ vbi plures ad eandem ecclesiam, vel collationem &c. sub eadem, vel diuersis dat. expectantes fuerint, etiã habentes inibi de maiori, vel æquali dat. gratias, minus tamen pręrogatiuas, sub illis alias compręhensa beneficia, iuxta formam literarũ desuper cõfectarũ, acceptare, & de illis sibi prouideri facere valeant: Et si illi eorũdẽ sic acceptãtiũ, qui in assecutione qũolibet potiores erant, in faciẽdis publicationibus, intimationibus, et aliis requisitis diligẽtiis defecerint, reliquorũ, qui huiusmodi diligentias fecerint, acceptationes, & prouisiones, suum sortiantur effectum, perinde ac si deficientes in faciendis diligentiis huiusmodi qui potiores erant, illa minime acceptassent, nec censeantur beneficia huiusmodi sic acceptata, ex personis eorundẽ acceptantium, & suas acceptationes, non publicantium, vel non intimantium possessoribus eorundem, seu alias diligentias non facientium, vt tenebantur, quouis modo vacare.

ℂ De Motu proprio.

ℂ ITEM, idem Dominus noster, suadẽtibus certis rationabilibus causis: Voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ in Expectatiuis gratiis, illarumq; extensionibus, reualidationibus, & collationum mutationibus, per ipsum de cætero concedendis, ac desuper conficiendis literis, verba proprii Motus, quo ad

beneficia in antea vacatura, nulli, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, & conditionis fuerint, quomodolibet suffragentur, nisi solum & duntaxat ad tollendum, & excludendū surreptionem literarum earundem.

¶ Reuocatio Expectatiuarū, Mandatorum, Reseruationum, & Indultorum.

¶ ITEM, idē Dominus noster, intendens huiusmodi gratias Expectatiuas, secundū Constitutiones, & Regulas supradictas. xxii. pręsentis mensis Aprilis concedere: vt ipsi expectantes, ex eorum gratiis Expectatiuis fructū reportare possint, & ne prętextu aliarum gratiarum, tam per Sanct. suam, q̄ als quomodolibet concessarum, impediantur: ex his, & certis aliis rationabilibus causis, certas alias Cōstitutiones, siue Regulas reuocatorias specialium reseruationum, & cōferendi facultatum, per Sanct. suam editas, & in Cancellaria Apost. diuersis temporibus publicatas, innouando: Omnia, & singula Expectatiuas, & alias gratias, citra accessus, & regressus, ac de consensu Coadiutorias, ad vacatura beneficia, earumq; mutationes, extensiones, & reualidationes collationum, etiam si qui per eas in Canonicos sub expectatione prębēdæ, vel portionis, creati vel recepti fuissent, ac (pręterq̄ super quibus per Cancellariam Apostolicam, literę in forma solita expediri consueuerunt) speciales reseruationes, necnon Mandata de prouidendo, seu commendando, seu alias disponendo (non tamen in forma Capituli mandatum in Francia) in fauorem quorumcunq;, & quibuscūq; etiam. S.R.E. Cardinalibus, ac Collegiis, etiam de consensu ordinariorum Collatorum, & als quomodolibet, necnō nominandi, reseruandi, & conferendi, ac alia quęcunq;, facultates, & indulta, Cardinalibus, & aliis personis, de quibusuis beneficiis ecclesiasticis certarum Ciuitatum, & dioc. in quibus ipsi non erant, nec vnq̄ fuerāt veri ordinarii Collatores, sed de ipsorum ordinariorum consensu, aut etiam sine eorum consensu, seu sede Episcopali, vel etiam Archiepiscopali vacante, disponendi, aut Vicarios perpetuos, seu

temporales, qui etiam eisdem Cardinalibus huiusmodi beneficia conferrent, vel cōmendarent deputandi. etiam si ipsi Vicarii, per quoscūq; Ro. Pont. prędecessores suos, vel etiā per Sanct. suam deputati fuissent, etiam perinde ac si veri & non ficti inibi ordinarii Collatores essent, etiam cum decreto, q̄ dispositiones de eisdem beneficiis, absq; ipsorum Cardinalium, vel personarum cōsensu pro tempore factæ, nullius essent roboris vel momenti; necnon eisdem Cardinalibus, tam ordinariis, q̄ non ordinariis, conferendi beneficia ecclesiastica, quo ad beneficia, ad aliorum inferiorum collationem, prouisionem, pręsentationem, electionem, seu quāuis aliam dispositionem, de iure, vel consuetudine, & aľs quomodolibet spectantia duntaxat, etiam si illis de eorundem inferiorum cōsensu concessa fuissent; ac etiam quibusuis Apostolicæ sedis Legatis de latere, etiam si dictæ Rom. Eccľ. Cardinales fuerint; & Nunciis etiam, cum potestate Legati de latere; necnon fructuum & prouen. Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, in quibusuis Regnis, Prouinciis, & Dominiis, tam citra, q̄ vltra mōtes deputatis; ac quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Pręlatis, & personis, etiam ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum ecclesiasticorum, de iure, vel consuetudine habentibus, disponendi quomodolibet de beneficiis ecclesiasticis, etiam dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatis seu affectis, necnō Alternatiuas, & Indulta quęcūq;, Prælatis, & aliis personis præfatis, non tamen in fauorem nationum super cōferendis per eos, etiam quoad vixerint, beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collationem, prouisionē, pręsentationem, electionem, seu quāuis alias dispositionē, cōmuniter vel diuisim, pertinentibus, in sex alternatis, aut aliis anni mensibus vacaturis, tam per Prędecessores pręfatos & dictæ sedis Legatos, q̄ per eandem Sanctitatem suam, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis declarationibus, attestationibus, & reuocationibus, pręseruatiuis, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis efficacioribus, etiam vim contractus indu-

centibus,decretis,etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine,& ex quibusuis,etiā vrgentissimis causis,ac quauis consyderatione hactenus concessas, & concessa: quorum omnium tenores, & formas, ac decreta in illis apposita. S.sua haberi voluit pro expressis, quo ad ea in quibus nondum erant sortita effectū ex die publicationis præsentium Constitutionum, prout ex die xxii. Aprilis huiusmodi,& econtra,reuocauit,cassauit,& annulauit: ac quicquid prætextu gratiarum reseruationū,mandatorum, facultatum, indultorum, & alternatiuarum reuocatorum huiusmodi, post diem Vigesimamsecundā Aprilis huiusmodi, contigerit attentari: irritum, & inane decreuit: statuto, ordinatione,decreto, & declaratione suis in crastinum assumptionis suæ editis; quibus voluit Card. in constitutionibus, per eum imposterum edendis, & publicandis,nō comprehendi,nisi illæ eorum fauorem concernerent, vel ipsæ constitutiones de eorundem Cardinalium, vel maioris partis eorum consilio editæ forent, nequaq̄ obstantibus.

¶ De Prælationibus, siue Prærogatiuis in gratiis Expectatiuis.

¶ ITEM, idem Dominus noster, intendens, ꝙ Prælationes, siue Prærogatiuæ, in ecclesiasticis beneficiis, vigore gratiarum Expectatiuarum assequendis (iuxta personarum conditiones,& merita) moderentur: Statuit, decreuit, & ordinauit,ꝙ inter habentes gratias Expectatiuas huiusmodi; Nobiles, ex Ducum,Marchionum, & Comitum genere, qui reputantur Illustres, & Officiales Apostolicæ Sedis infrascripti; videlicet,Referendarii: Protonotarii: Participantes: literarum Apostolicarum Corrector: eiusdem sedis Subdiaconi numerarii: causarum Palatii Apostolici Auditores: Cameræ Apostolicæ Clerici: similiter numerarii,& Participantes: Curiæ causarum dictæ Cameræ generalis Auditor: Abbreuiatores de maiori parco,sua officia actu exercē-

tes, Scriptores Apostolici, omnibus aliis qualitercũq; qualificatis, in assecutione quorũcunq; beneficiorũ, quæ huiusmodi gratiarum vigore expectabunt, quacunq; diligentia, receptione, vel creatione, in Canonicos non obstante, potiores existant. Alii vero Nobiles, ex inferiori Nobiliũ genere; magistri in Theologia: Doctores in vtroq; vel altero iurium, qui fuerint graduati in aliqua Vniuersitate Studii generalis: necnon familiares suæ Sanct. non descripti; qui erant veri familiares, continui Cõmensales, tempore suæ assumptionis ad summi Apostolatus apicem: omnibus aliis, etiam creatis, vel receptis in Canonicos, aut diligẽtioribus, in processu similiter præferantur. Cæteri autem magistri, & Baccalarii formati; in Theologia Doctores, cũ rigore examinis; licentiati in altero iurium, necnon in Medicina, & in Artibus magistri, qui post susceptum gradum, aliquibus annis legerint; & in Hispaniis, in altero iurium Baccalarii, q in simili studio sex annis studuerint, necnõ alii familiares continui Cõmensales suæ Sanctitatis nõ descripti, qui ad familiaritatẽ, post assumptionem hmõi venerunt, & venerint, & duodecim familiares singulorum. S. R. E. Cardinaliũ per eos nominandi, & in libro Cancellariæ Apostolicæ describendi, pariformiter omnibus aliis præferantur. Inter se autem si concurrant ipsi graduati, & familiares vltimo loco scripti, ius cõmune seruari voluit. Et si omnes & singuli graduati supradicti inter se concurrant (seruato tamen ordine supradicto) magis graduati, minus graduatis, & inter se ęqualiter graduatos, prius graduati, & similiter iter oẽs & singulos suprascriptos, alios, in qualibet sui parte eos respectiue cõcernente, inter se concurrentes; magis qualificati, minus qualificatis pariformiter pręferantur. Ipsi tamẽ familiares suæ Sanct. supradictis xii. familiaribus Cardinalium, cęteris paribus, pręferãtur: & ꝙ inter omnes, & singulos supradictos, & alios quoscunq;, cęteris paribus, pręsentes in dicta Curia, qui eam per sex menses ante vacationem beneficiorũ sequuti fuerint; si tamẽ adminus in Artibus magistri, vel in aliqua facultate Baccalarii, vel de nobili genere procreati

extiterint;absentibus ab eadem, etiã qualitercunq; graduatis extra Vniuersitates locorum, in quibus etiam studiũ vigeat generale, & inter pręsentes simul inter se concurrentes, vel absentes inter se, nõ beneficiati, beneficia quomodolibet obtinentibus, pariformiter pręferantur; saluis pręrogatiuis, & antelationibus, certis suis familiaribus, continuis Commensalibus, antiquis & descriptis, per eũdem. S. D. N. alias concessis: quibus per hanc Constitutionem noluit in aliquo derogari.

¶ De mutationibus collationum Expectatiuarum, &c.

¶ ITEM, idem D. N. attendẽs in mutationibus collationum, priores collationes, quæ mutantur de consensu eorũ, quibus gratiæ ipsæ concessæ sunt, prius cassari, & annullari consueuisse: volens fraudibus obuiare; Voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ expectantes Apostolici, teneãtur in supplicationibus mutationum collationum, gratiarum Expectatiuarũ, eis per S. suam concedendarum, etiam Motu proprio pro tempore signatis, exprimere, specifice & nominatim, collationes, ad quas mutationes fient, ac cassationi, & annulationi priorum collationum, quæ mutabũtur, in Cancellaria, vel Camera Apostolica, coram illius Notario expresse consentire, & Cõsensum ipsum, infra triduum, a die pręstationis eiusdem computandum, in libro Cancellariæ, seu Cameræ prędictæ annotari facere; nec dictæ mutatiões collationũ, alicui ante huiusmodi consensus pręstationem, & annotationem, suffragari debeant, neq; literæ, super eisdẽ mutationibus collationum, vigore Supplicationum, in quibus collationes, ad quas mutationes fient, non erunt specifice, & nominatim expresse, aut sine annotatione dicti consensus a tergo ipsarum literarum per dictum Notariũ facienda, etiam per Cameram expediri possint, & ꝙ idem seruetur in extensionibus, & reualidationibus Expectatiuarũ, quo ad expressionem collationum, ad quas ipsę extensiones, vel reualida-

tiones fient in supplicationibus earundem extensionum, & reualidationum faciendam. Quodq; prętextu acceptationum, & prouisionum generalium, specialia instrumenta, super particularibus beneficiis tunc vacantibus, nisi acceptantes ipsi, sic factas generales acceptationes, & prouisiones, p seipsos, ad particularia beneficia tunc vacantia, specificauerint, & mētem suam, super hoc declarauerint per Notarios inde rogatos, confici nequeant, nec ex generali acceptatione, per quemcūq; postea defunctum, & prouisione sibi, dum viueret, in genere factis, ad speciem, & particulare beneficiū, quouis prętextu deueniri possit: sed argumenta, per quæ de mēte defuncti constare possit, in iudicio deduci debeant: Decernens irritū, & inane, si secus super his, a quoq̄, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

¶ De executione Processuum grāþ Expectatiuarum.

¶ ITEM, pręfatus D. noster, ad obuiandū fraudibus, quæ olim in concursu prosequentium expeditionem literarum gratiarum Expectatiuarum, circa decretum Processuum super illis cōmitti consueuerant; & vt literæ gratiarum earundem debite expeditæ appareant: Voluit, ꝙ in prima expeditione literarū eiusmodi: Executores in illis deputati, qui tunc erunt in Palatio Apostolico ad decernendum Processus, super illis parati, possint eiusmodi Processus decernere facta solum verbali literarum earundem pręsentatione: &, ꝙ tam super illis, quarum Executores ibidem tunc erunt, q̄ super aliis literis in prima expeditione huiusmodi tūc expeditis. R. D. Nicolaus Venceius Archidiaconus Ecclesiæ Meteñ. Sanctitatis suæ Datarius, possit Processus literarū primæ expeditionis huiusmodi, perinde ac si in singulis literis prædictis Executor deputatus fuisset, similiter absq; earundē literarum actuali pręsentatione, decernere; ita tamen, ꝙ ii, quos Processus ipsi cōcernunt; debeant decreto Processuū huiusmodi, per se, vel Procuratores suos, ad hoc specialiter constitutos, interesse: & de eodem decreto, aliquem ex Scri-

ptoribus Archiuii Romanæ Curiæ, & testes ibidem pręsentes rogare: & nullus ex eisdem Scriptoribus (nisi decreto Processuum huiusmodi interfuerit, & sic rogatus extiterit) eosdem Processus, sub pœna falsi, subscribere pręsumat. Et ne propter non actualem pręsentationem literarum prędictarum, de viribus Processuum eiusmodi hęsitari contingat imposterum: neue aliqui, vt alios supplantent, ea die in decreto Processuum procurrent alios pręuenire, & anteriori dat. decretum ipsum obtinere, & in eisdem Processibus, horam annotari facere, ac pręter voluntatem suæ Sanctitatis commodum reportent: Voluit, statuit, & ordinauit Processus, per Datarium, & alios Executores prędictos, in dicta prima expeditione, decernendos, eisdem hora, & momēto, censeri debere esse decretos, quanq̃ ex tenore eorū, vel al's, appareret aliquos ex eis, anteriori hora, vel momento, q̃ alios decretos & expeditos fuisse; ac dictos Processus, valere, ac eundem effectum sortiri debere, in omnibus, & per omnia, perinde ac si dictus Dotarius vnus ex Executoribus dictarum literarum, & in eis deputatus fuisset. Et ꝙ Processus sic decernendi; eo prętextu, ꝙ literæ ipsæ Datario, & Executoribus prędictis, vel alicui eorum, per illos, quos concernunt, actualiter pręsentatæ non fuerint, nullatenus infringi, aut impugnari possint: sed perinde sortiantur effectum, ac si literæ ipsæ per eos singulariter & actualiter pręsentatæ essent: ipsiq; Processus, pręcedente earundem literarum actuali pręsentatione, & illarum forma seruata, decernerentur. Q dq; Executores quicunq;, in dictis literis nominati, etiam qui tempore dicti decreti absentes erunt; Processus in forma debita & consueta, dummodo per aliquem ex dictis Scriptoribus, qui ibidem pręsens, &, vt pręfertur, rogatus sic suscripti, & testium ibidem similiter pręsentium, &, vt pręfertur, rogatorum; ac Sigilli dicti officii Archiuii munimine roborati fuerint, sub eorū propriis nominibus, ac si ipsimet personaliter Processus ipsos decreuissent, partibus petentibus, dare, & concedere possint; decernēs probationem anterioris horæ, vel momenti, nulli suffragari posse, vel de-

bere. ac Processibus pro illis personis, quorum nomina nõ fuerint in Rotulo suæ Sanctitatis descripta, decernẽdis, nullam fidem adhibendã fore, nisi vltra subscriptionem Scriptoris, & appẽsionem Sigilli Officii Archiuii huiusmodi ꝑ dictum Nicolaum Datarium, in eorum calce, per hæc verba, videlicet, Nicolaus Datarius, subscripti fuerint, & iuxta huiusmodi statutum, ordĩnationem, & voluntatem suæ Sanctitatis, per quoscunq; Auditores, & Iudices, etiam. S.R.E. Cardinales, in quacunq; causa, & quauis illius instantia, sententiari, diffiniri, & iudicari debere: Sublata eis, & eorũ cuilĩbet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate: irritum quoq; & inane, si secus, super his, a quoq̃, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

¶ Moderatio Indultorum, quo ad expectantes.

¶ ITEM, idẽ. S.D. ad hoc, vt pauperes, & alii clerici, gratias Expectatiuas, eis, per suam Sanctitatem pro tempore cõcessas prosequentes; ex gratiis huiusmodi fructum reportare possint: Omnia & singula Indulta, S.R.E. Cardinalium, per quæ eis, tam per Sãctitatem suam, q̃ alios Rom̃. Pont. suæ Sanctitatis prędecessores, concessum fuerat, vt ipsi Cardinales, de Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, Personatibus, administrationibus, Officiis, Canonicatibus, & pręben̄. ac aliis beneficiis ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus, & ordinum quorumcunq; regularibus, ad eorum prouisionem, collationem, pręsentationem, electionem, institutionem, seu quamuis aliam dispositionem, cõmuniter vel diuisim, ratione Ecclesiarum, quibus pręerant, & titulorũ suorum Cardinalatus, ac Monasteriorum, Prioratuum, & aliorum beneficiorum suorum ecclesiasticorum, secularium, & regularium, quæ in titulum, vel cõmendam, seu administrationem, aut etiam, vt aliis vnita obtinebant, & imposterum obtinerẽt, cõmuniter, vel diuisim, pertinẽtibus, extra Rom̃. Curiam pro tẽpore vacaturis, per se, vel alios, libere disponere possent, perinde ac si gratiæ Expectatiuæ, aut speciales,

vel generales reseruationes, & aliæ concessiones, a Sanctitate sua, & sede Apostolica nō emanassent, seu imposterum nō emanarent; & si illa, in dicta Curia vacarent, in expeditione literarum suæ Sanctitatis, super prouisione dictorum beneficiorum, vel mandatis de prouidendo, seu aliis dispositionibus eorundem Cardinalium, tam pręsentium, q̃ de licentia suæ Sanctitatis absentium, a dicta Curia, expressus accederet assensus: Alioquin prouisiones, & mandata, ac aliæ dispositiones huiusmodi non valerent; Modificādo voluit, statuit, decreuit, & ordinauit, q̄ dicta Indulta, debeant obstare dictis expectantibus, solum quo ad beneficia, de quibus ipsi Cardinales disponere possunt pro tempore, ratione Ecclesiarum, quas Epi Cardinales; ac Presbyteri, ratione tituli; & Diaconi, ratione Diaconię sui Cardinalatus, de quibus intitulātur, & intitulabuntur pro tempore, ac Cardinales in Ro. Curia pręsentes, et ratione vnius Ecclesię Patriarchalis, Metropolitañ. vel alterius Cathedralis, cui ipsi Cardinales, ex concessione, & dispensatione Apostolica, vt Episcop, ivel administratores, seu Cōmendatarii pręsunt, vel pro tēpore pręfuerint, etiam nomine tantum, reseruata sibi libera administratione, & beneficiorum collatione, & dispositione, ac etiā ratione vnius Monasterii duntaxat, quod in titulum, vel Cōmendam, aut administrationem, seu etiam, vt vnitum obtinent: etiam si illius possessionem non haberent, seu obtinebunt, quo vero ad illos Cardinales pręsentes, qui pluribus aliis Ecclesiis, & Monasteriis pręsunt, & in futurum preerūt, ratione illius ecclesiæ; & Monasterii, quam, & quod, ipsi Cardinales, de pręsenti; plures Ecclesias, & plura Monasteria obtinentes, pręsentes in Ro. Curia, infra mensem, a die publicationis huiusmodi suæ Constitutionis, & quo ad illos, quos plures Ecclesias, & plura Monasteria obtinere imposterū cōtinget, infra mensem, a die eorūdem adeptæ possessionis cōputandum, elegerint, & huiusmodi eorum electionē, per eorum cedulam, manu eorum subscriptam, & ipsorum sigillo munitam, & in libro Cancellariæ prędictæ, per illius Senescallum, vel Custodem describendam, nunc, & pro tempore

existenti S.R.E. Vicecancellario, vel eius in dicta Cancellaria Locumtenenti, seu Regenti, transmiserint: & si non elegerint, & electionem huiusmodi non transmiserint, vt præfertur, collatione beneficiorum, ratione omnium Ecclesiarum, & Monasteriorum careant. In reliquis autẽ, in quibus dicti expectantes impedirentur, vel impediri possent, per huiusmodi Indulta, eorundem Cardinalium, quominus beneficia ecclesiastica, sub eorum gratiis Expectatiuis, eis pro tempore cõcessis, comprehensa, acceptare: & de iis sibi prouideri facere possint: Indulta p̄dicta, prefatis Cardinalibus, etiam cum Motus proprii, & certæ scientiæ, ac plenitudine potestatis, & quibusuis aliis clausulis efficacioribus concessa, reuocauit, cassauit, & annullauit, illis alĩs, quo ad reliqua in eisdem Indultis contenta, in suo robore permansuris: ac irritum, & inane decreuit, quicquid illorũ pretextu, post dictum mensem, vt prefertur, computandum, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

¶ Moderatio Indultorum Cardinaliũ ad sex menses.

¶ ITEM, voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ S.R.E. Cardinales, a Ro. Curia absentes: gratiis Expectatiuis, per eandem Sanctitatem suam concessis & concedendis, durantibus duntaxat, habeant sex anni alternatos menses, videlicet, Februarium, Aprilem, Iunium, Augustum, Octobrem, & Decembrẽ, in quibus eorum Indultis, & concessionibus, in preiudiciũ expectantium Apostolicorũ, quomodolibet vti, frui, & gaudere possint: & ꝙ in aliis sex eiusdem anni alternatis: videlicet, Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Septembris, & Nouembris mensibus, eorum Indulta & concessiones huiusmodi, nullatenus eis in ipsorum expectantium preiudicium, suffragentur, aut suffragari possint: illa & illas cũ omnibus in eis cõtentis, clausulis & decretis, etiam irritantibus, eorumq; & earum effectum, quo ad hoc suspendendo. Et ꝙ eisdem Cardinalibus a dicta Curia absentibus, pro tempore concessum indultum presentialitatis, & quo ad effectum vtendi, & fruẽ

di dictis eorum indultis & concessionibus, pro presentibus in ipsa Curia habeantur, nullatenus eis suffragetur, aut suffragari possint, eorum absentia durante. Quodque quamprimum Cardinales absentes huiusmodi, in Curia constituti fuerint: infra octo dies ex tunc proxime sequentes, prout dicti Cardinales in dicta Curia iã presentes, ex forma suprascriptae Constitutionis tenentur electionem in eadem Constitutione expressam, & ipsius electionis cedulam transmittere: teneantur, modo & forma, in illis expressis: Alioquin ex tunc, huiusmodi Indulta, & concessiones: reuocationi, cassationi, & annulationi, in ipsa constitutione expressis, subiacerent eo ipso: Decernens irritum, & inane.

¶ Quod nullae aliae Prerogatiuae suffragentur, nisi tantum concessae expectantibus.

¶ ITEM, statuit, voluit, & ordinauit, quod nullus expectans, vigore alicuius Priuilegii, sibi etiam contemplatione Collegii, seu Collegiorum, de quorũ numero existat, per Sanct. suam, & Ro. Pontifi. Predecessores suos concessi, beneficium generaliter reseruatum, aut ex generali apostolica reseruatione affectum, etiam si alias, sub Expectatiua sibi concessa, etiam, vigore Priuilegii, Officialibus sue Sanct. concessi, cõprehendi videretur, aut deberet, acceptare & de illis sibi prouideri facere possit. Sicque per quoscunque iudices iudicari debere: ac irritum, &c. decreuit.

Placet publicetur & describatur. A.

¶ Lectae & publicatae fuerũt suprascriptae Regulae, Romae, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnatiõis Dominicae. M.D.XLV. die vero Sabbati Decima octaua mensis Aprilis. Pont. S. D. N. D. Pauli, diuina prouidentia, Papae, Tertii, Anno Vndecimo.

A. Lomellinus custos.

PROROGATIO SVPER DECRETO Processuum gratiarum Expectatiuarum, in prima expeditione fien. & de expedition. earũdem gratiarum Expectatiuarum.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Paulus, diuina prouidẽtia Papa Tertius: qui alias per eius Constitutionẽ, sub die XVIII. mensis Aprilis proxime preteriti, in Cancellaria apostolica publicatam, innuerat pauperibus & aliis clericis secularibus, & regularibus: gratias Expectatiuas sub dat. X Cal. Maii, generaliter concedere velle: intendens in mense Augusti proxime futuro, ad primam, & in Cal. mensis Decembris, ex tunc proxime sequen. ad secundam expeditionem gratiarum earundem procedere. Hoc publico edicto innotescere voluit omnibus & singulis, qui de dicta prima expeditione, ex gratia Sanctitatis suæ erunt, vel ex priuilegio, aut antiqua cõsuetudine esse possunt & debent: ꝙ die Quarta dicti mensis Augusti, hora vigesima, Romæ, in Palatio Apostolico, decernentur Processus super gratiis Expectatiuis de dicta prima expeditione, seruata alĩs forma alterius Constitutionis suæ Sanctitatis, super decreto & fulminatione Processuum huiusmodi editæ, & dicta die. XVIII. in eadem Cãcellaria publicatæ. Ac cõmoditati expedientium, ipsas Expectatiuas consulere volens: mandauit ꝙ literæ Expectatiuę huiusmodi, super quibus dicti Processus, etiam die Quarta mensis Augusti decernerentur, medio tempore, singulis diebus, per Cameram aut eandem Cancellariam expedirentur, & omnes illarum expeditiones, medio tempore faciendæ, licet non vnico contextu, sed successiue fierent: vnica expeditio, & Expectatiuæ sic successiue expediendæ, de prima expeditione esse & censeri debeant: Decernens sic per quoscunqꝫ iudicari & interpretari debere: ac irritum &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dñicæ. 1545.

Die Sabbati Vigesima mensis Iunii. Pontificatus prefati. S. D. N. D. Pauli, diuina prouidētia Papæ Tertii, Anno. XI.

A. Lomellinus Custos.

PROROGATIO SVPER DECRETO, ET fulminatione Processuum gratiarum Expectatiuarum, vsq; ad Primam diē Octobris imediate sequeñ.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidētia, Papa. III. qui nuper per eius Constitutionem, die. XX. Iunii proxime preteriti in Cancellaria Apostolica publicatam, omnibus & singulis, qui de prima expeditione gratiarū Expectatiuarum, ex gratia Sanct. suæ erant, vel ex priuilegio, aut antiqua consuetudine esse possent, & deberent, innotescere voluerat, ꝙ die Quarta mensis Augusti, etiam tunc proxime futuri, hora. XX. Romæ, in Palatio Apostolico, decernerētur Processus super gratiis Expectatiuis, de dicta prima expeditione, seruata als forma alterius Constitutionis suæ, super decreto, & fulminatione Processuū huiusmodi editæ, & die. XVIII. mensis Aprilis tunc proxime preteriti, in dicta Cancellaria publicatæ. Ac commoditati expedientium, ipsas Expectatiuas consulere volens: mandauerat ꝙ literæ Expectatiuæ huiusmodi, super quibus dicti Processus, dicta die Quarta mensis Augusti decernerētur, medio tēpore, singulis diebus, per Cameram aut eandem Cancellariam expedirentur: & omnes illarum expeditiones, medio tempore faciendæ, licet non vnico contextu, sed successiue fierent, vnica expeditio, & Expectatiuæ sic successiue expediēdæ, de prima expeditione esse & censeri deberent: audiens literas Expectatiuas huiusmodi hactenus cōmode scribi & expediri nō potuisse, nec ob tēporis breuitatem, ante dictam diē Quartam mensis Augusti expediri posse: decretum & fulminationem Processuum huiusmodi, vsq; ad Primam diem mensis

Octobris proxime futuri prorogauit: & dictas Expectatiuas, medio tempore, singulis diebus expediri: & sic expediẽdas, de prima expeditione esse voluit, & declarauit: Decernens irritum &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis dñicę. 1545. die vero Martis Vigesimaseptima mensis Iulii. Pont. pręfati. Sanctissimi. D. N. D. Pauli, diuina prouidentia, Papæ. III. Anno Vndecimo.

A. Lomellinus Custos.

ALIA PROROGATIO FVLMINATIOnis Processuum gratiarum Expectatiuarum, ad XX. diem mensis Octobris: cum declaratione etiam, & decreto fulminationis, & expeditionis eorundem Processuum, per. R. P. D. Nicolaũ, Sanct. S. Datariũ, ad Episcopatũ Balneoregieñ. nuper assumptum, faciendæ, iuxta formam aliarum Constitutionum, latius in regula contentarum.

SANCTISSIMVS in Christo pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidentia, Papa Tertius: q alias per diuersas. xviii. Aprilis innotuerat pauperibus, & aliis clericis secularibus, & regularibus: gratias Expectatiuas, sub dat. Decimo Cal. Maii proxime pręteriti generaliter concedere velle: Et voluerat, ꝙ in prima expeditione literarum gratiarum huiusmodi, Executores in illis deputati, qui tunc essent in Palatio Apostolico, ad decernẽdum Processus super illis parati: possent huiusmodi, Processus: decernere, facta solum verbali literarum earundem præsentatione: & ꝙ tã super illis, quarum Executores ibidẽ tunc

essent, q̃ super aliis literis, in prima expeditione huiusmodi tunc expeditis. Reuereñ. Pater, Dominus Nicolaus Veceius Electus Balneoregieñ. tunc Archidiaconus Ecclesiæ Meteñ. Sanctitatis suæ Datarius: posset Processus literarum primę expeditionis huiusmodi (perinde ac si in singulis literis prędictis Executor deputatus fuisset) similiter absq; earundem literarum actuali pręsentatione, decernere; ita tamen, q̄ ii, quos Processus ipsi concernerent: deberent decreto Processuum huiusmodi: per se, vel Procuratores suos, ad hoc specialiter constitutos, interesse: & de eodem decreto, aliquem ex Scriptoribus Archiuii Romañ. Curiæ, & testes ibidē pręsentes rogare. Et successiue intendens in mense Augusti proxime pręterito, tunc futuro, ad primā, & in Cal. mensis Decembris proxime futuri, ad secundam expeditionem gratiarum earundem, procedere: Per aliam. XX. Iunii innotescere voluerat omnibus & singulis, qui de dicta prima expeditione, ex gratia Sanctitatis suæ essent, vel ex priuilegio aut antiqua cōsuetudine esse possent & deberēt: q̄ die Quarta dicti mensis Augusti, hora. XX. Romæ in dicto Palatio, decernerentur Processus, super gratiis huiusmodi, de dicta prima expeditione, seruata al's forma alterius Constitutionis prędictæ, super decreto Processuum huiusmodi, vt pręfertur, editæ. Et mandauerat, q̄ literæ Expectatiuæ huiusmodi, super quibus dicti Processus Quarta die mēsis Augusti huiusmodi decernerentur, medio tempore, singulis diebus, per Cameram aut Cancellariam Apostolicam expedirētur: & omnes illarum expeditiones, medio tempore faciendæ, licet non vnico cōtextu, sed successiue fierent: vnica expeditio, & Expectatiuæ sic successiue expediendæ: de prima expeditione essent & censeri deberent. Ac postmodum, per reliquam Constitutiones suas. XXVII. Iulii mensium proxime pręteritorum diebus, in dicta Cācellaria publicatas: ex certis tunc expressis causis, Decretum, & fulminationem Processuum huiusmodi, ad primam diem mensis Octobris, etiam tunc proxime futuri, prorogauerat: & dictas Expectatiuas, medio tēpore, singulis diebus expediri: & sic expeditas,

ditas, de prima expeditiõe esse voluerat & declarauerat. Attendens easdem causas adhuc subsistere: Decretum & fulminationem Processuum hmôi, vsq; ad XX. diem dicti mensis Octobris prorogauit: & q̃ ipsæ Expectatiuę, medio tpe, singulis diebus expediri possint; & sic expeditę de prima expeditione existant. Q̃dq; pręfatus Reuereñ. D. Nicolaus Electus, de cuius persona S. sua, a die publicationis dictarũ priorum Cõstitutionum, citra Ecclesię Balneoregieñ. tunc certo modo vacañ. Apostolica auctoritate, de fratrũ suorũ consilio, prouidit, præficiendo ipsum illi in Ep̃m, & Pastorem, sub noîe Episcopi Balneoregieñ. Processus hmôi, al's, iuxta formam aliarum Constitutionum prędictarum, & illis alias seruatis decernere possit, voluit & declarauit: Decernens illorũ decretum & fulminationẽ, per ipsum dñm Nicolaum Electũ, sub nomine Ep̃i Balneoregieñ. hmôi: dicta die. XX. Octobris facienda, illis quos Processus hmôi concernẽt, perinde ac si per ipsum dñm Nicolaum Archidiaconũ Ecclesiæ Meteñ. decreti fuissent, aut Sãctitas sua, a principio voluisset, q̃ idem dñs Nicolaus Electus, sub nomine Ep̃i Balneoregieñ. eosdẽ Processus decernere posset, & munus cõsecrationis sibi impensum esset, suffragari debere: Dictosq; Scriptores Archiuii, eosdẽ Processus subscribere, libere & licite posse: Sicq; ab omnibus iudicari debere: irritum quoq; &c.

Placet publicetur & describatur. A.

¶ Lecta & publicata fuit suprascripta Regula, Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ. M.D.XLV. Die vero Lunæ Vigesimaoctaua mẽsis Septẽbris. Pont. pręfati S.D.N.D. Pauli, diuina prouidẽtia, Papæ Tertii. Anno Vndecimo.

A. Lomellinus custos.

¶ Alia Prorogatio super decreto & Fulminatione Processuum gratiarum Expectatiuarũ, vsq; ad Trigesimã diem mẽ

sis Decẽbris proxime futuri:cum declaratione expeditiõis earũdem gratiarum, & processuum, vna etiã cũ innouatiõe Constitutionis gratiarum ad vacatura beneficia,ac reuocatiõn.facultatũ,& Indultorum Regulæ S.suæ,in Cancellaria Apostolica,sub die XVIII. mensis Aprilis proxime præteriti,publicatæ.

SANCTISSIMVS in Christo Pater,& Dominus noster,Dñs Paulus,diuina prouidentia,Papa Tertius: qui alias,per quandam Vigesima Iunii,omnibus & singulis,qui de prima expeditione grãrũ Expectatiuarum, ex gratia S. suę erant,vel ex priuilegio,aut antiqua consuetudine esse possent & deberent,innotescere voluerat, quod die Quarta mensis Augusti proxime præteriti,tũc futuri,hora Vigesima,Romæ,in Palatio Apostolico,decernerẽtur Processus super gratiis Expectatiuis de dicta prima expeditiõe:& commoditati expedientiũ, literas Expectatiuas hmõi consulere volens,mandauerat,quod ipsę literæ Expectatiuæ, sup quibus dicti Processus eadem die Quarta mẽsis Augusti decernerentur:medio tpe,singulis diebus,per Cameram aut Cãcellariã Apostolicã expedirentur:& oẽs illarũ expeditiones, medio tpe faciendæ,licet non vnico cõtextu, sed successiue fierẽt: vnica expeditio, & Expectatiuę, sic successiue expediẽdæ, de prima expeditione esse & censeri deberẽt. Et deinde, per aliã Vigesima septima Iulii, ex certis rõnabilibus causis: decretũ & fulminationẽ Processuum hmõi,vsque ad proxime pręteritam,tunc futuram,primã diem mẽsis Octobris,prorogauerat;& dictas Expectatiuas, medio tpe,singulis diebus expediri:& sic expeditas,de prima expeditione esse voluerat, & declarauerat.Et postremo,per reliquã Vigesima octaua Septẽbris mensium proxime pręteritorũ diebus,in dicta Cancellaria publicatas Constitutiones suas: Decretũ & fulminationẽ Processuum hmõi,vsque ad proxime futurã Vigesimam diẽ dicti mensis Octobris prorogauerat:& quod ipsæ Expectatiuæ, medio tpe,singulis diebus expediri possent:& sic expeditæ, de prima expeditione existerent, voluerat & decreuerat.

Cuiq; fidedignorũ relatione innotuit, nullas adhuc, seu admodum paucas Expectatiuas expeditas seu scriptas fuisse, & eas añ dictam diẽ Vigesimã Octobris cõmode scribi, & expediri non posse: Decretum & fulminationẽ Processuũ hm̃oi, vsq; ad Trigesimã diem mẽsis Decẽbris proxime futuri prorogauit: & dictas Expectatiuas hm̃oi, medio tpe, singulis diebus expediri: & sic expeditas, de prima expeditione esse & cẽseri debere, voluit & declarauit, intendens q̃ Processus p̃dicti, omni excusatione semota, Trigesima die Decẽbris hm̃oi, al's, iuxta Cõstitutionũ suarum desup editarum formã, oĩno fulminentur. Et vt ipsi expectantes, ex gratiis hm̃oi fructum reportare possint, nec quouis prętextu impediantur: aliam Constitutionẽ suam gratiarũ, ad vacatura beneficia, necnon facultatũ & indultorũ, tunc expressorum reuocatoriam, die Decima octaua mensis Aprilis proxime præteriti, in eadem Cancellaria publicatã, ex die publicationis p̃ntis Cõstitutionis, prout ex dicta die Trigesima mẽsis Decẽbris, innouauit: ac quicquid prętextu gr̃arum ac facultatũ, & indultorũ, per innouationẽ hm̃oi reuocatorũ, post dictam diem Trigesimã mẽsis Decẽbris cõtigerit attentari: irritũ & inane decreuit.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cãcellaria apostolica, Anno Incarnationis Dñicę. M. D. XLV. Die vero Sabbati Decimaseptima mensis Octobris. Pont. prętati Sanctissimi Domini nostri, Domini Pauli, diuina prouidentia, Papæ Tertii. Anno Vndecimo.

A. Lomellinus Custos.

¶ ALIA PROROGATIO FVLMINATIONIS Processuum gratiarum Expectatiuarum, vsq; ad IIII. diem Mensis Februarii, proxime futuram.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dñs noster, Dñs Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. qui alias per quandam. XX. Iunii, oĩbus & singulis, qui de prima

expeditione gratiarum Expectatiuarum erant, vel ex priuilegio, aut antiqua consuetudine esse possent, & deberent, innotescere voluerat: quod die Quarta mensis Augusti proxime præteriti, tunc futuri, hora. XX. Romę in Palatio Apostolico decernerentur Processus super gratiis Expectatiuis, de dicta prima expeditione: & cõmoditati expedientiũ, literas Expectatiuarum huiusmodi consulere volens: mandauerat, quod ipsę literę Expectatiuæ, super quibus dicti Processus, eadem die Quarta mensis Augusti decernerentur, medio tpe, singulis diebus, per Cameram expedirentur: Et oẽs illarum expeditiones, medio tempore faciendę, licet non vnico contextu, sed successiue fierent; vnica expeditio, & Expectatiuæ sic successiue expediendę, de prima expeditione esse & cẽseri deberent. Et deinde, per aliam. XXVII. Iulii, ex certis rationabilibus causis, decretum & fulminationẽ Processuum hmõi, vsque ad proxime pręteritam, tunc futurã primam diem mensis Octobris prorogauerat, & dictas Expectatiuas, medio tẽpore, singulis diebus expediri, & sic expeditas, de prima expeditione esse voluerat, & declarauerat. Et successiue, per aliã XXVIII. Septembris, decretum & fulminationẽ Processuũ huiusmodi, vsque ad proxime præteritam, tunc futuram Vigesimam diem dicti mensis Octobris, prorogauerat: & quod ipsæ Expectatiuę, medio tpe, singulis diebus expediri possent: & sic expeditę, de prima expeditione existerent, voluerat & decreuerat. Et postremo, per reliquam. XVII. eiusdem Octobris mensium proxime pręteritorum diebus, in dicta Cancellaria publicatas Constitutiones suas hmõi: Decretũ, & fulminationem, vsque ad . XXX. diem p̃sentis mensis prorogauerat; & Expectatiuas hmõi, etiam medio tpe, singulis, diebus expediri: & sic expeditas, de prima expeditione esse, & censeri debere voluerat & declarauerat, intendens, quod Processus prædicti, dicta die. XXX. Decembris oĩno fulminarẽtur: Accepto, quod diuersi S.R.E. Cardinales, qui iuxta aliã in eadem Cancellaria, sub die. XVIII. mensis Aprilis proxime præteriti, publicatam Constitutionẽ suam: vnã Ecclesiã, & vnum Monasterium, quorum ratione, indulta eis sup cõ-

ferendis beneficiis ecclesiasticis concessa, expectantibus huiusmodi obstare deberent, infra certum tunc expressum tpis eligere, & huiusmodi eorum electionem, in libro eiusdē Cancellarię, per illius Senescallum vel Custodem describendā, tunc, & pro tempore existenti ipsius Romañ. Ecclesiæ Vicecancellario, vel eius in dicta Cancellaria Locūtenenti, seu Regenti, transmittere debebant: electionem hmôi, nōdum fecerunt, aut factam, Vicecancellario, seu Locūtenēti, vel Regenti non transmiserunt. Volens indēnitati, ac cōmoditati eorūdem Cardinalium consulere: Decretum, & fulminationem Processuū hmôi, ad hoc vt ipsi Cardinales, interim Ecclesiam, & Monasterium hmôi, iuxta vltimo dictā Cōstitutionem eligere, & eorū electionem, Vicecancellario, seu Locūtenēti, vel Regenti pręfato, trāsmittere possint, vsq; ad. IIII. diem mēsis Februarii proxime futurā prorogauit: Volens nihilominus, & declarans Expectatiuas hmôi, etiā medio tēpore, singulis diebus, per Cameram expediri posse, & sic expeditas de prima expeditione esse, & censeri debere.

Placet publicetur & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dñicæ M. D. XLV. Die vero Martis. XXII. mensis Decembris. Pontifi. pręfati Sanctissimi Domini nostri, Domini Pauli, &c. Papę. III. Anno. XII.

A. Lomellinus Custos.

¶ REGVLA CANCELLARIÆ S.D.N.D. Pauli Papæ. III. per quam voluit literas gratiarum Expectatiuarum, vsq; ad Martii. VII. diem expediri posse, & decretum Processuum, die IIII. pręsentis mensis faciendūm, illis qui tamen eadem die collationes suas specificauerint, alias sub data currenti, tantum suffragari, ac Processus non rotulatorū sic decretos, vltra manum Scripto-

ris, & Archiuii Sigillum, per Reuereñ. D. Datarium sub-scribi debere.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dñs noster, Dñs Paulus, diuina prouidentia, Papa Tertius: qui alias, intendens gratias Expectatiuas, sub Dat. X. Caleñ. Maii proxime præteriti concedere: Per vnā. XVIII. Aprilis voluerat, ꝙ in prima expeditione literarū gratiarū huiusmodi, Executores in illis deputati, qui tunc essent in Palatio Apostolico, ad decernendum Processus; super illis Parati; possent hmōi Processus decernere, facta solū verbali literarum earūdē pręsentatione; & ꝙ tam super illis, quarum Executores ibidem tūc essent, q̄ super aliis literis, in prima expeditione hmōi tunc expeditis: Reuerēdus P. Dñs Nicolaus Venceius Electus Balneoregieñ. tunc in minoribus constitutus, & Archidiaconus Ecclesię Meteñ. Sanct. suę Datarius, posset Processus decernere, perinde ac si in singulis literis prædictis Executor deputatus fuisset; ita tñ, ꝙ ii, quos Processus ipsi concernebant: deberent decreto Processuum hmōi, per se, vel procuratores suos, ad hoc ab eis specialiter constitutos, interesse: & de eodē decreto aliquem ex Scriptoribus Archiuii Rom̄. Curiæ, & testes ibidem p̄ntes rogare; decernēs Processibus pro illis personis, quarū nomina nō forent in Rotulo suæ Sanct. descripta, decernendis; nullam fidem adhibendā fore, nisi vltra subscriptionem Scriptoris, & appositionē Sigilli officii ipsius Archiuii, per dictum Dominum Nicolaum Datarium, in eorū calce, per hęc verba, videlicet, Nicolaus Datarius, subscripti forent: & per aliā XX. Iunii innotescere voluerat omnibus & singulis, qui de dicta prima expeditione, ex gratia suæ Sanct. essent, vel ex priuilegio, aut antiqua cōsuetudine esse possent, & deberent; ꝙ die Quarta Augusti hora. XX. Romæ, in Palatio Apostolico, Processus super ipsis gratiis, de eadē prima expeditiōe decernerentur; & per aliā XXVII. Iulii proxime præteriti, fulminationem Processuum hmōi, ad primam Octobris, & per aliam XXVIII. Septēbris, ad XX. Octobris prorogauit

tat. ... cu interim de persona ipsius Reuerendi Dñi Nicolai Datarii, Ecclesię Balneoregieñ. tunc certo modo vacanti, Apostolica auctoritate, de fratrum suorum consilio prouidisset, præficiendo ipsum illi in epm, & Pastorem; q præfatus dñs Nicolaus Electus, Processus hmôi, als, iuxta formá aliarum Constitutionũ suarũ, & illis alias seruatis decernere posset, voluerat, & declarauerat; decernens decretum hmôi per ipsum Dñm Nicolaum Electũ, sub nomine Epi Balneoregieñ. dicta die. XX. Octobris facieñ. illis quos Processus hmôi concernerent, perinde ac si per ipsum Dñm Nicolaũ Archidiaconũ Ecclesię Meteñ. decreti fuissent, aut Sanctitas sua, a principio voluisset, q idem Dñs Nicolaus Electus, sub nomine Episcopi Balneoregieñ. eosdem Processus decernere posset, & munus côsecrationis sibi impensum esset, suffragari debere. Necnon per aliam. XVII. eiusdem Octobris, fulminationem prædictam, ad. XXX. Decembris proxime pręteritorum, tunc futurorũ: & postremo per reliquam, Cóstitutiones suas. XXII. eiusdem Decembris in Cancellaria Apostolica publicatas, ad Quartá prę sentis Februarii Mensium dies, prorogauerat: accepto q plures, qui de dicta prima expeditione esse poterant; literas super eorũ gratiis Expectatiuis, variis de causis, nedum expediti, sed nec scribi facere cômode poterant, intendens omnino, q Processus prędicti, dicta die. IIII. mensis Februarii decernantur. Et nihilominus, volens cômoditati expectantium hmôi consulere: decreuit & declarauit, ac statuit & ordinauit, oés & singulos, qui de dicta prima expeditione esse possunt; literas Expectatiuarum, vsq ad Septimam dié mensis Martii proxime futuri, expediri facere posse; ac Expectatiuas sic expeditas, & expediendas, de dicta prima expeditione esse: ac decretum Processuum per præfatum Dominum Nicolaum Electum, sub dicta die Quarta prę sentis mensis Februarii faciendũ, eis suffragari debere: dictosq Scriptores Archiuii, Processus ipsos, si alias, de illorum decreto cum specificatione collationum ipsarum Expectatiuarum, dicta die. IIII. prę sentis Mensis Februarii; si vero tûc rogati nô extiterint, sub

dat. currenti, subscribere, libere, & licite posse; ac, Processus primae expeditionis hmôi, pro personis (quarũ nomina in dicto Rotulo descripta non fuerint) decretos, vltra subscriptionem Scriptoris, & appositionem Sigilli Officii Archiuii hmôi; per eundem dñm Nicolaum Electũ, in eorum calce, per hæc verba, videlicet, Nicolaus Datarius, subscribi: alioquin nullam eis fidem adhiberi: & sic ab omnibus iudicari debere: irritum quoq; &c.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romę, in Cancellaria Apostolica, Anno icarnatiõis Dñicę. M.D.XLV. Die vero Lunæ prima Mensis Februarii. Pontifi prę fati. S. D. N. D. Pauli, &c. Papæ Tertii, Anno. XII.

A. Lomellinus Custos.

REGVLA CANCELLARIÆ APOSTOLICĘ S.D.N.D. Pauli Papę. III. per quã declarari voluit, Sanctitatis suę, ac sedis apostolicę Nuncios, & Legatos, acceden. ad Regna, & Dominia, vnico Regi subiecta, & ad quę destinati fuerant: solũmodo potuisse disponere de bñficiis illius Regni, in quo ipsi pro tpe morabantur, & non de beneficiis omnium Regnorum, Regi dicti Regni (ad quod ipsi declinabant & morabantur) subiectorum.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dñs noster, Dñs Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. qui als, pro diuersis suis, & S.R.E. ac totius Reipublicæ Christianę, arduis negotiis: diuersos suos, & sedis Apostolicę, cũ potestate Legati de latere, Nũcios; ad diuersa Regna, & Dñia: et ad quæcũq;, ad quę eos declinare contingeret, Regna, Prouincias, terras, & loca, destinauit. Ac eisdem Nunciis, in

Regnis, Dominiis, Prouinciis, terris, & locis hmõi: diuersas facultates, etiam super conferendis bñficiis ecclesiasticis, certis tunc expressis modo & forma qualificatis, etiam per obitum vacantibus, concessit: Et cui innotuit, nonullosq; plusq̃ oporteat sapere, satagentes asserere, eosdemq; Nuncios, ad Regna, & Dominia, ad quae destinati erant, accedendo: beneficia, in quibusuis Regnis, vnico Regi subiectis, vacañ. donec ipsi, in vno Regnorum huiusmodi, moram fecerint, cõferre potuisse. Volens omnem, super praemissis, hęsitandi materiam, submouere: Declarauit, mentis & intentionis suę, semper fuisse & esse, ꝙ Nuncii huiusmodi, ad Regna & Dominia, ad quę destinati erant, accedendo: solum beneficia, quę in Regno, ad quod ipsi, pro tempore, declinabant, & in quo morabantur, & non in omnibus Regnis, Regi dicti Regni, ad quod ipsi declinabant, & in quo morabantur, subiectis, etiam si ea omnia Regna, alias vnico nomine tantum nuncuparentur, vacantia, conferre, seu aľs, de eis disponere potuerint; Et ꝙ facultates, eisdem Nũciis, sub quibusuis verborum formis, & expressionibus quomodolibet concessae, quarũ tenores, Sanctitas sua haberi voluit pro expressis, solum ad beneficia illius Regni, ad quod ipsi Nuncii pro tempore declinarent, seu in quo moram facerent, & non omnium Regnorum, Regi praefati Regni subiectorum, etiam alias vnico nomine tantum nuncupatorum, pro tempore vacantia, se extenderent. Sicq;, per quoscunq; Iudices, & Cõmissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii apostolici Auditores, in quibusuis causis, & negotiis, nedum futuris, & pręsentibus, sed etiam ad pręsens, etiam per appellationem, in quauis instañ. pendentibus, tam in Romana Curia, q̃ extra eam, vbiq; locorum (sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter interpretãdi & iudicandi facultate, & auctoritate) iudicari & diffiniri debere: ac si secus, super his, a quoq̃, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, cõtigerit attentari; irritum & inane decreuit.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis dñicę. 1546. die vero Martis quarta mensis Maii. Pont. prętati. Sanctissimi D. N. D. Pauli, &c. Papæ. III. Anno Duodecimo.

A. Lomellinus Custos.

¶ REGVLA CANCELLARIÆ APOSTOlicę. S. D. N. D. Pauli Papę. III. per quam declaratur tempus expeditionis literarum Expectatiuarum, pro pauperibus clericis beneficiandis, iuxta Constitutionem Sanct. suæ, sub die xviii. Aprilis, Pontifi. sui, Anno xi. publicatam. Et pauperes, qui gratias sub forma in dicta Cõstitutione cõpræhensa, nondum expediuerunt: dictas gratias, ad alium annum, a die publicationis præsentis Constitutionis computandum, expediri posse;

SANCTISSIMVS in Christo pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidentia, Papa Tertius: q alias per Constitutionem suam, die. xviii. Aprilis, Pontificatus sui, Anno Vndecimo, publicatam, inter alia voluerat, q pro pauperibus clericis beneficiandis, daretur vsq ad annum, & non vltra, literę in forma tunc expressa: & ad cuius aures peruenit, q ab aliquibus dubitatur, an dictus annus a die publicationis prędictæ, vel a die datæ ipsarũ Expectatiuarum, videlicet Decimo Caleñ. Maii. Pontificatus sui, Anno prædicto, aut alš, computari debeat: Volens huiusmodi dubitationem suæ declarationis oraculo amputare; declarauit annum prędictum, a die datę huiusmodi; videlicet Decimo Cal. Maii computari debere, & Expectatiuas in eadem forma, medio tempore expeditas, cum indesecutis, validas existere. Et insuper, eorũdem pauperum indẽnitati prospicere, & ne illis, qui gratias in dicta forma nondum expediuerunt, via illa impetrandi pręcludatur, prouidere intendens: voluit, q gratię in forma prędicta, vsq ad alium

annum a die publicationis præsentis Constitutionis computandum, expediri possint.

Placet publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ, in Cācellaria apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ. Millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, die vero Mercurii Decima mensis Nouembris. Pontificatus præfati Sanctissimi D.N.D. Pauli, Papæ. III. Anno Tertiodecimo.

Balthasar de Nuceto Procustos.

REGVLA CANCELLARIÆ APOSTOlicę, seu Constitutio. S.D.N. Pauli Papę. III. perpetuo duratura, ac reuocatoria omnium & singulorū Priuilegiorū, & Indultorū (nōnullorū tantū in eadē Regula, seu Constitutione cōpræhens. exceptorum) Hospitali Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, tam per Rom. Pont. Sanct. suæ Praedecessores, q̄ per eandem Sanct. suam hactenus concessorū: vna etiam cū Limitatione Facultatum, Priuilegiorum, & Indultorum, Fabricę Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, ac eiusdem Commissariis, concessorum; cum reductione, ac reformatione illorum, sub excōmunicatiō. ac aliis pœnis, in eadem Regula, siue Constitutione contentis.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dn̄s Paulus, diuina prouidentia, Papa. III. qui ex eminenti sibi Apostolicæ solicitudinis studio; sedulo intendit abusibus & scandalis, quæ indies de nouo emergunt, quantum in eo est, prouidere: Et cui innotuit, ꝙ tam Sancti Spiritus in Saxia Hospitalarii, Cōmendatores, seu

Præsidentes, q̃ Fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe Prȩsidentes; prætextu diuersorum Priuilegiorum, Facultatum, & Indultorum, eis, & locis ipsis, per diuersos Prædecessores suos, ac Sanctitatem suam & sedem Apostolicam concessorum; Priuilegiis, & Indultis prædictis abutendo: per se, & Commissarios suos, multa concedunt, a quibus Sanctitas sua abstinet, quod a ratione alienum videtur. Volens huiusmodi abusibus & scandalis obuiare. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicȩ potestatis plenitudine: Per hanc suam Constitutionem, quam perpetuis, futuris temporibus, obseruari voluit: omnia & singula, Facultates, Priuilegia, & Indulta (Indulgentiis, circa peccatorum remissionem, necnon quæstuandi facultate, dũtaxat exceptis) Sancti Spiritus huiusmodi, per quoscunq; Rom. Pontifices, & etiam Sanctitatem suam, hactenus quomodolibet, etiam per communicationem, seu ad instar, seu al's, cõcessa, confirmata, & innouata, cassauit, reuocauit, & annullauit. Facultates vero, Priuilegia, & Indulta prȩdicta, Fabricȩ Basilicæ Apostolorũ de Vrbe hmôi cõcessa, quo ad hoc, vt illa per Cõmissarios vltra montes, dictis Prȩsidẽtibus, & Fabricȩ suffragentur, illisq; vti valeant: citra mõtes vero; illis, ipsi Prȩsidẽtes, nõ per Cõmissarios, sed ipsosmet in Ro. Cu. tantum vti, ac illorum vigore, petentibus vndecunq; confluentibus, gratias concedere, & non al's, aliter, neq; alio modo possint, reduxit & reformauit; Inhibens Hospitalariis, ac Fabricȩ huiusmodi Prȩfectis, & aliis quibusuis, ad quos spectat, sub excommunicationis maioris latæ sententiȩ, a qua, non nisi per Sanctitatem suam (prȩterq̃ in mortis articulo) absolui possint: ac priuationis beneficiorum, & officiorum, quȩ obtinent, & imposterum obtinebunt: inhabilitatisq; ad illa, & alia imposterum obtinenda, eo ipso, per contrafacientes, incurrendis pœnis: ne etiam prætextu dictorum, aut aliorum Priuilegiorum, concessionum, & Indultorum, contra dispositionem præsentis Constitutionis, quicq̃ facere audeant siue prȩsumant: ac absolutiones, dispensationes, concessiones, & alia quȩcunq;, per Hospitala

rios,ac Fabricæ Prefectos, eorumq; deputatos, seu Quæstores huiusmodi, contra præsentis Constitutionis dispositionem, quomodolibet pro tempore facienda & concedenda: nulla & inualida, nulliusq; roboris vel momenti fore: & illis, quibus concessa fuerint, nullatenus, in iudicio vel extra, suffragari posse. Sicq; per quoscunq; &c. Sublata &c. iudicari &c. debere: irritum quoq; &c. decreuit. Mandans insuper vniuersis & singulis locorum ordinariis: quatenus in suis Ciuitatibus, & dioc. presentem Constitutionem publicari, & inuiolabiliter etiam, per censuras ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia, obseruari faciant & mandent, neq; permittant Facultates, Priuilegia, & Indulta, per presentes reuocata, & limitata, in dictis eorum Ciuitatibus, & dioc. per Commissarios huiusmodi, aut alias personas, quomodolibet publicari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: necnon Hospitalis, & Fabrice prædictorum statutis, & consuetudinibus, Priuilegiis quoq;, indultis, & literis apostolicis, illis, vel alicui ex eis, per quoscunq; Rom. Pontifices, etiam per Sanctitatem suam, sub quibusuis verborum formis, & etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam per viam legis, & statuti perpetui, ac in vim contractus, etiam ex quacunq;, etiam vrgentissima, & iustissima causa, concessis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innouatis. Quibus omnibus, etiam si in eis caueatur expresse, ꝙ illis, nullatenus derogari possit, & quoties, illa reuocari contigerit, toties concessa censeantur, seu si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus. specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu queuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, Sanctitas sua, hac vice, specialiter, & expresse, derogauit: cete-

risq; contrariis quibuscunq;. Voluitq; praesentium Transumptis, manu alicuius publici Notarii subscriptis, & Sigillo alicuius Prelati sigillatis, fidem indubiam, vbiq; locorum, adhiberi.

Placet publicetur & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Reuocatio, & Limitatio Romae, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicę. M. D. X L V I. Die vero Lunae. XXIX. Mensis Nouembris. Pontificatus praefati S. D. N. D. Pauli Papae. III. Anno Tertiodecimo.

Ant. Lomellinus Cancellarię Apost. Custos.

¶ Expliciunt Regulae omnes, ordinationes, & constitutiones Cancellariae Apostolicae S. D. N. D. Pauli Papę Tertii, in libro Cancellariae Apostolicę descriptę, & in hunc vsq; diē suprascriptū promulgatae.

¶ MOTVS PROPRIVS S. D. N. D. PAVLI Papę. III. in fauorem Fabricę S. Petri de vrbe, super restitutione, & reintegratione quorūcunq; Priuilegiorum, & Facultatum dictę Fabricae, non obstañ. quibuscuis limitationibus, reuocationibus, & Cancellarię Apostolicae regulis, in contrarium editis.

PAVLVS PAPA III.

MOTV PROPRIO &c. Cum nuper nobis expositum fuisset, ꝙ non solū Sancti Spiritus in Saxia Hospitalarii, Commendatores, seu Pręsidentes, sed etiam Fabricę Principis Apostolorum de vrbe deputati, &

Præsidentes: prætextu diuersorum priuilegiorum, facultatum, & indultorum, eis, & locis ipsis, per diuersos prædecessores nostros, ac nos, & sedem apostolicam, concessorum; priuilegiis, & indultis prędictis abutendo; per se, ac Commissarios suos, multa concedunt, a quibus nos abstinemus: quod a ratione alienum videtur. Nos itaq; ex tunc, narratis & expositis moti: abusibus, & scandalis huiusmodi, obuiare volentes. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine: per certam nostram Constitutionem, quam etiam, perpetuis futuris temporibus obseruari tunc voluimus: omnia & singula, facultates, priuilegia, & indulta (indulgentiis, circa peccatorum remissionem, necnon quęstuandi facultate, dūtaxat exceptis) Sancti Spiritus huiusmodi, per quoscunq; Rom. Pontifi., & etiam per nos, hactenus quomodolibet, etiam per communicationem, seu ad instar, seu als, concessa, confirmata, & innouata, cassauimus, reuocauimus, & annullauimus. Facultates vero, priuilegia, & indulta prędicta, Fabricę Apostolorū de vrbe huiusmodi cōcessā: quo ad hoc, vt illa, per Commissarios vltra montes, dictis Pręsidentibus, & Fabricæ suffragentur: citra montes vero, illis, ipsi Præsidentes: non per Commissarios, sed ipsosmet, in Rom. Cu. tantum, vti: ac illorum vigore petentibus, vndecūq; confluentibus, gratias concedere, & non als, aliter, nec alio modo, possint; reduximus, & reformauimus: Hospitalariis, ac Fabricę huiusmodi Pręfectis, & aliis quibusuis, ad quos spectat: sub excommunicationis maioris latæ sententiæ, a qua non nisi per nos (præterq̄ in mortis articulo) absolui possint, ac priuationis beneficiorum, & officiorum, quę obtinent, inhabilitatisq; ad illa, & alia imposterum obtinenda, eo ipso, per contrafacień. incurreń. pœnis, ac etiam, ne prętextu dictorum, aut aliorum priuilegiorum concessorum, & indultorum, contra dispositionem dictæ Constitutionis, quicquā facere, auderent, siue præsumerent, inhibuimus: ac absolutiones, dispensationes, concessiones, & alia quęcunq;, per Hospitalarios, ac Fabricæ Pręfectos, eorumq; deputatos,

seu Questores huiusmodi, contra dictę Constitutionis dispositionem, quomodolibet, pro tempore facienda, & concedenda: nulla, inualida, nulliusq; roboris vel momenti fore: & illis, quibus concessa fuerint, nullatenus, in iudicio, vel extra, suffragari posse. Sicq;, per quoscunq; &c. Sublata &c. iudicari &c. debere: irritum quoq; &c. decreuimus. Mandauimus insuper vniuersis & singulis locorum ordinariis: quatenus in suis Ciuitatibus, & dioc. dictam Constitutionem publicari, & inuiolabiliter, etiam per censuras ecclesiasticas & alia opportuna iuris remedia, obseruari facerent, neq; permitterent facultates, priuilegia, & indulta, per dictam Constitutionem nostram reuocata, & limitata, in dictis eorum Ciuitatibus, & dioc. per Commissarios huiusmodi, aut alias personas, quomodolibet publicari, non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon Hospitalis & Fabricæ prędictæ, statutis, priuilegiis, indultis, & literis apostolicis, & aliis tunc in eadem Constitutione expressis, contrariis quibuscunq; : quibus pro illa vice, specialiter & expresse derogauimus. Quam Constitutionem, etiam in Cancellaria Apostolica publicari, & describi iussimus. Et cum, sicut postea nobis innotuit, Prę sidentes, & deputati Fabricę prædictę, ac eorum Commissarii, priuilegiis, facultatibus, & indultis, eiusdem (vt pręfertur) concessis, modeste semper vsi fuerint, ac vtantur, in nihilo de contentis in eis abutendo, dictamq; Constitutionem propterea, quantum ad ipsam Fabricam eiusq; Commissarios & deputatos attinet: per malam informationem, & præter animi nostri intentionem, emanasse: nobisq; incumbat, hanc Principis Apostolorum Basilicam, omnium totius orbis Ecclesiarum matrem: & quam tot Rom. Pontifi. prędecessores nostri, innumeris priuilegiis, & indultis decorarunt, etiam per nos, pręcipuis fauoribus confoueri, prout confouimus: & eidem, illiusq; deputatis, & Commissariis, ea concedere, per quę ipsa Basilica, in tam dispendioso opere iamdiu inchoata, maius tandem accipiat incrementum, & Christifideles, qui in partibus

bus existunt, si pias largitiones offerre, aut aliá eidem Fabricę suffragia præstare voluerint, facilius id, q̃ se ad vrbem cõferre, elargiri possint. Consyderantes itaq;, q nisi dicti Pręsidentes, & deputati: priuilegiis, indultis, & facultatibus, suspensionibus, & concessionibus, per Rom̃. Pont. & per nos, concessis & approbatis, in partibus, tam citramontanis, q̃ vltramontanis, per suos Commissarios, libere vtātur: Fabrica prędicta, quę in formosam molem, ad dei cultum, & Beati Petri, totiusq; fidei Catholicę laudem, iá surgit, maximum patietur detrimentum. Idcirco nos in pręmissis opportune prouidere volentes: Motu & scientia similibus, ac de apostolicæ potestatis plenitudine: dictam Constitutionem nostram, tanq̃ per sinistram informationem ęmanatá, inquantum dictę Fabricę Commissarios, priuilegiis facultatibus, suspensionibus, & indultis eisdem concessis, in partibus citramontanis, libere vti prohibet, ipsaq; priuilegia, limitat: moderandam & reducendam duximus, & tenore pręsentis nostræ perpetuo valituræ Constitutionis, moderamur, & reducimus: & ad deputatos, & Commissarios Fabricæ prædictæ, illiusq; priuilegia, facultates, & indulta; non se extendere declaramus. Dictisq; deputatis propterea, & Fabricę, vt tam per se, in Rom̃. Cu. q̃ per eorũ Commissarios, in partibus citramontanis, & vltramontanis, & vbiq; locorum, omnibus & singulis priuilegiis, facultatibus, concessionibus, & indultis, per Ro. Pont. prędecessores nostros, & nos, quomodolibet concessis, & innouatis, necnon aliorũ indultorum, & priuilegiorum, reuocatioñ. & suspensionibus, prout ante dictam nostram Constitutionem vtebātur, fruebantur, & potiebantur, seu vti, frui, & potiri, ac exercere poterant: in omnibus, & per omnia, perinde ac si prædictæ, & alię (forsan eidem Fabricę contrarię) Constitutiones, emanatę non forent: libere, & licite (cum omni tamen modestia) vti, frui, & potiri, ac illa exercere possint & valeant: tenore præsentium concedimus & indulgemus: Inhibentes quibusuis locorum ordinariis, etiam si Metropolitañ. aut alia facultate, etiam apostolica, & Legati de latere

prędit i existant: necnon quibusuis dominis temporalibus, ne quominus, dictis priuilegiis, facultatibus, cōcessionibus, & indultis, ac suspeñ. dicti deputati, etiam per suos Commissarios, & vbiq; locorum, libere vti possint, dictæ nostræ, & aliarum Constitutionum emanatarum, & forsan emanandarum in futurū, prętextu, seu alio quouis quęsito colore, impediant: quinimmo eisdem, vbi, quādo, & quotiens opus fuerit, cum opportuno auxilio assistant: ac præsentem nostram Constitutionem, in eorum Ciuitatibus, dioc. & dominiis, publicare, illamq;, etiam sub ceñ. ecclesiasticis, & pœnis pecuniariis, arbitrio suo imponeñ. seruari faciant, sub eisdem censuris, & pœnis, mandamus prędicta, nuper a nobis emanata, & aliis editis, & in futurum forsan edendis Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cum quibusuis clausulis, etiā derogatoriarum derogatoriis, fortioribus & insolitis, ac irritañ. decretis, etiam si illis, nisi de earum toto tenore, expressa fiat mentio, aut sub aliis formis, derogari non possit. quorum omniū tenores, hic pro sufficienti derogatione, illorum pro insertis & expressis habere volumus: cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscunq;. Volumusq;, q, pręsentis, Transumpta, manu Secretarii dictæ Fabricę, subscripta, & Sigillo eiusdem Fabricæ Sigillata: fidem indubiam vbiq; locorum faciant.

Placet, & ita Motu proprio reducimus: declaramus: concedimus: & mandamus. A.

¶ Romæ Antonius Bladus Asulanus excudebat, Die X. Septembris. M. D. XLVII.

¶ Nonnulla, partim in originalibus libris male descripta,
⁊ pretermissa: ⁊ partim inter imprimeñ. errata.

¶ Folio. 9. Pagina. 2. Linea. 31. vbi impressum est videā-
tur: legendū est videatur. Fol. 10. pag. 1. lin. 24. vbi illę:
ille. Fo. 11. pa. 2. li. 20. vbi pręsidēti: pręsidēdi. Fo. 12.
pa. 1. li. 2. vbi alias. Aliis. Fol. 14. pa. 1. li. 10. post ver-
ba, iniuncta eis: addēdū esse videtur: in literis. Fo. 16. pa.
2. li. 34. vbi ascensus: lege assensus. Fo. 20. pa. 2. li. 9. vbi
siue: sine. ⁊ ibidē, li. 4. vbi xxiij. xxx. Fo. 22. pa. 1. li. 27.
vbi pręsumer etur: pręsumerent. ⁊ Fo. 27. pa. 1. li. 22. post
beneficiorū: addēdū est, reseruatorū: ⁊ Fo. 29. pa. 1. li. 34.
Sabbati est amouendū. Fo. 31. pa. 2. li. 27. vbi æstimatio-
ne: lege extimatione. Fo. 32. pa. 1. li. 29. ⁊, 30. vbi cōcessa
fuerit: cōcessę fuerint. Fo. 32. pa. 1. li. 35. vbi eligerit: ele-
gerit. ⁊ Fo. 36. pa. 2. li. 2. loco ⁊: lege de. Fo. 36. pa. 2. li.
14. 16. 19. ⁊ 33. vbi eiusmodi: huiusmodi. Fo. 37. pa. 1.
li. 18. vbi Quod autē: Quodcꝫ. Fo. 52. pa. 1. li. 29. vbi mē-
sis die, mensium diebus. Fo. 53. pa. 2. li. 18. vbi Tertio:
Quinto. Fo. 56. pa. 1. li. 21. vbi reseruatoriarū: reseruato-
riā. Fo. 59. pa. 1. li. 5. vbi crastino: crastinū. Fo. 60. pa.
1. li. 30. vbi censeatur: censeantur. Fol 62. pa. 1. li. 41.
vbi se: si. Fo. 70. pa. 1. li. 33. vbi Artibus: partibus. Fo.
71. pa. 2. li. 22. vbi conceissa: cōcessę. Fo. 76. pa. 1. li. 21.
⁊ 23. Et eodē folio, pa. 2. li. 6. vbi eiusmodi: huiusmodi.
Fo. 83. pa. 1. li. 29. post dictionē mēsis: adde Februarij.

¶ TABVLA OMNIVM REGVLARVM Ordinationum, & Constitutionum Cancellariæ Apost. S. D. N. D. Pauli, diuina Prouidentia Papæ III. in hunc vsq; diem promulgatarum.

Reseruationes generales, & speciales: & primo Constitutionum, Ad regimen, & Execrabilis. charta. 1.
Reseruatio Cathedralium ecclesiarum, & Monasteriorũ, valorem Ducentorũ florenorum excedentium. ead.
Reseruatio dignitatum post Pontificales maiores in Cathedralibus, etiam Metropolitañ. & principalium in Collegiatis, ac dignitatum Conuentualium quorũcunq; ordinum, sed non militiarum, necnõ suorum & Cardinalium familiarium beneficiorum. ead.
Reseruatio beneficiorũ Collectorũ, & Subcollectorũ. ead.
Reseruatio bñficiorũ Curialiũ, dũ Curia trãsfert. ead. & 2.
Reseruatio beneficiorũ Cubiculariorũ, & Cursorũ. char. 2.
Reseruatio beneficiorum S. Petri, S. Ioannis Lateraneñ. & S. Mariæ Maioris de vrbe ecclesiarum, ac beneficiorũ Cardinalium, a Rom. Curia absentium. ead.
Q đ literæ Clementis expediantur in forma Rationi congruit: & idem seruetur quo ad concessa per Leonem, & Hadrianũ, ad sex menses tantum. ead.
Reseruatio omnium ecclesiarum, quas prædecessores sui tẽpore obitus reseruauerant; pariter beneficiorum tunc vacantium, tanq̃ affecta. ead.
Reualidatio literarum, gratiam, vel iustitiam concernentiũ, ac restitutio in pristinum statum, ad exequendum, ac si inchoatio infra annum facta fuisset. ead.
Reuocatio quarumcunq; Expectatiuarum, & collatioñ. mutatioñ. & aliarum gratiarum. ead.
Reuocatio concessionum, & mandatorum, super vnioñ. annex. & incorporatioñ. ac aliis &c. apostolica vel alia auctoritate fact. char. 3.
Reuocatio facultatum concessarum quibuscunq;. ead.

Reuocatio facultatum,& literarũ desuper confectaꝝ, circa ordinariã collationem beneficiorum. char.4.
De dictionibus numeralibus in literis apostolicis ponendis. ead.
De concurrentibus super beneficio, iuxta qualitatem. ead.
De non tollendo ius quæsitum per quamcũq; Commissionem, seu signaturam. ead.
In.xiiii.anno in Cathedralibus. In.x.autem anno, in Collegiatis ecclesiis, possunt habere Canonicatus & præbendas. ead.
De infirmis eorum beneficia resignantibus. char.5.
Cui concedatur prouideri de parochiali ecclesia, debet intelligere,& loqui idioma illius patriæ. ead.
De beneficio impetrato per obitum uiuentis. ead.
De vnionibus & vnionum confirmatione. ead.
De mendicantibus transeuntibus ad alios ordines. ead.
De male promotis, seu ordinatis ad sacros ordines. ead.
De moneta. ead.
De beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias, vel Monasteria. ead.
Non iudicetur, iuxta formam supplicationis, sed literarum expeditarum. char.6.
De regulis Cancellariæ producendis. ead.
De surrogandis collitigantibus ead.
Non valet impetratio per obitũ, nisi præcesserit congruũ tempus. char.7.
Non valent commissiones, nec processus causarum, super gratia, nisi literis expeditis ead.
De impetratione beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium. ead.
Signatura per Fiat, pręfertur illi per concessum. ead. & 8.
De impetrando beneficium, etiam per annum pacifice possessum. char.8.
De triennali possessore non molestando. ead.
De publicatione facienda in beneficiis resignatis. ead.
De non appellando ante diffinitiuam sententiam. ead.

Commiſſioni, poſt concluſionem, nō ſtetur, niſi derogetur concluſioni. char. 9.
De literis expediendis. ead.
De clauſulis ponendis in reſignatione beneficii. ead.
De ſupplendis defectibus. ead.
Derogatio iuris patronatus. ead.
De Commendis. ead.
De reformationibus. ead.
De beneficiis reſignatis in Cancellaria, & de reſignantibus beneficia, ac conſenſu in penſionum. char. 10.
De ingreſſu religionis. ead.
Q̄d non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum. ead.
Cum exprimitur nomen proprium iudicis, & dignitatis, iudex per ſeipſum tenetur exequi mandatum. ead.
De diſpenſationibus in gradibus conſanguinitatis. ead.
Super defectu natalium. ead.
Super defectu ætatis. ead.
Super defectu nataliū nobiliū, graduatorū, & aliorꝝ. ead.
De incompatibilibus. ead.
De obtinendis duabus parochialibus Eccleſiis, vel dignitatibus principalibus. char. 11.
Nulli ſuffragetur diſpenſatio, niſi literis confectis. ead.
De non promouendis ad ſacros ordines. ead.
De fructibus in abſentia percipiendis. ead.
De duobus Decanatibus in Alemānia nō obtinēdis. ead.
De Indulgentiis. char. 12.
De clauſulis ponendis in literis Indulgentiarum. ead.
Super Indulgentiis conceſſis ad inſtar. ead.
De temporibus Indulgentiarum. ead.
De beneficiis vacantibus, & certo modo vacaturis. ead.
De valore beneficiorꝝ exprimēdo in impetrationibus. ead.
De clauſulis in beneficiis vacantibus ponendis. ead.
Qualitates bñficiorꝝ exprimātur in impetratione. char. 13.
De beneficiis vacantibus per contractum matrimonii. ead.
De religioſis recipiendis, quæ clauſulæ dabuntur. ead.

De trãslatione Religiosoꝝ, & impetratione bñficioꝝ. ead.
De clausula si est ita. ead.
Petenti prouideri de vacaturo, detur lrę de vacaturo. ead.
Executoriales dentur sub bulla. ead.
De reuocatione decimarum, Impositionum, & suspensione Indulgentiarum. ead.
Reuocatio percipiendi preciũ officiorũ, &c. char. 14.
Qđ vigore clausulæ maioris valoris, fructus in tertia parte augeri possint. ead.
Clausula absolutionis, non suffragetur Falsificatoribus, & impedientibus Nuncios Apostolicos. ead.
Officiales, nihil exigant vltra debitum. char. 15.
Qđ Cardinales non compræhendantur sub regulis post hanc primã expeditionẽ, seu editionẽ faciendis. ead.
¶DE POTESTATE R. D. VICECANCELLARII, & Cancellariam Apost. Regentis. ead.
Absolutio eorum, qui in Supplicationibus, vel literis ignoranter scribunt. ead.
Qđ possit corrigere nomina & cognomina. ead.
Qđ possit committere omnes causas. ead.
Qđ possit aggrauare processus, & sententias. ead.
De Conseruatoriis. ead.
De celebrando ante diem in locis interdictis. ead.
Quibus concedi possit indultum de fructibus percipiendis. char. 16.
Quibus conceditur Altare portatile. ead.
Qđ possit admittere resignationes. ead.
Quod possit signare Supplicationes. ead.
De signandis prouisionibus. ead.
Super defectu natalium. ead.
Super defectu ætatis. ead.
De reformationibus. ead.
Super defectu ętatis pro Magnatibus. ead.
De maioribus præbendis. ead.
De prorogationibus suscipiendorum Ordinum. char. 17.
¶Finis de potestate Vicecãcellarii, & Cancellariã Regẽtis.

De reseruatione mensium Apostolicorum, vsq; ad concessionum Expectatiuarum, & de mentione mensis in quo beneficium vacat, facienda, in impetrationibus beneficiorum. ead. char. 17.
Constitutio, siue Declaratio Regulæ S. D. N. Pauli Papæ III. qua Referendarii, & alii Romañ. Cu. Officiales; eiusdem Sanct. suæ. ac Romañ. Pont. pro tempore existeñ. veri familiares, & continui Commensales, esse censentur. ead.
Reualidatio, seu reductio facultatum, concessionum, & indultorum, in terris ecclesię Legatis concessorum, iuxta iuris communis dispositionem. ead.
Interpretatio Regulæ de infirmis resignãtibus, & infra. xx. dies decedentibus. char. 19.
De Consensibus pręstandis. ead.
De extensione Consensuum. char. 20.
De deputatione executorum facta in persoñ. D. Datarii, & Cancellariam Apost. Regentis, super reformatione Officialium Romanæ Curiæ. ead.
Qđ nullus, vigore Transumptorum Supplicationũ: beneficiorum possessionem appræhendere possit, vel ne Supplicationes, seu Prouisiones possint transumptari per quemcunq; Officialem Rom̃. Cu. literis Apost. desuper non expeditis. char. 22.
Concessio sex mẽsium pro expeditione literarũ Leonis. X. & Hadriani VI. Ro. Ponti. char. 23.
Dilatio concessionis Expectatiuarum, vsq; ad principium mensis Nouembris proxime venturi. ead.
Declaratoria duarum Regularum Clementis VII. in fauorem pauperum clericorum editarum, super interpretatione vocabuli præsertim. ead.
Bulla reformationis Vrbis & Curiæ, tã in spiritualibus, q̃ temporalibus. char. 25.
Prorogatio gratiarum Expectatiuarum, vsq; in Caleñ. Martii proxime futuri. char. 26.
Prorogatio literarũ in forma Rationi congruit, tempore

Leoñ.X.ac Clementis VII.& Hadriani VI.Rom̃.Pont. per tres menses,a secunda prorogatione cócessaꝝ. ead.
Reuocatio mandatorum,& Expectatiuarum, & aliarum gratiarum &c.ac facultatũ,Legatis,& Nunciis,quo ad collationem beneficioꝝ reseruatoꝝ, concessaꝝ. char.27.
Prorogatio concessionis gratiarum Expectatiuarum, vsq; ad Cal'. Septembr̃.proxime futuri char.28.
Reuocatio facultatum concessarum quibusuis Prælatis,super gratia de promouẽdo alios q̃ diœcesanos ad sacros ordines. ead.
Prorogatio expeditioñ.gratiarum Hadriani Papæ VI.in forma Rationi congruit,ad sex menses proxime futuros. char.29.
¶NOVÆ REGVLÆ CANCELLARIÆ, super gratiis Expectatiuis,per Sanct.suã dãdis,editę. ead.
De expeditione literarum pro pauperibus. ead.
Priuilegium pauperum. ead.
Quis possit acceptare in forma pauperum. char.30.
Q d pauperes graduati possint habere duas literas. ead.
Q d pauperes possit locari extra suam Prouinciam. ead.
Prærogatiua pauperum in Rom̃. Curia. ead.
Q d per fiat vt petitur,duæ collationes dentur. ead.
De beneficiis, quæ conceduntur vltramontanis. ead.
De taxis in beneficiis. char.31.
De derogatione Statutorum Ecclesiarũ Cathedraliũ. ead.
Doctores,&c.p̃ferantur aliis in parochialibus ecclesiis.ead.
Qui possint obtinere dignitates. ead.
De non examinandis. char.32.
Hospitalia non compræhendantur sub Expectatiuis. ead.
Extra nationem suam,nulli liceat impetrare gratiam Expectatiuam. ead.
Nullus valeat acceptare, literis non expeditis. ead.
De non habendo duas Expectatiuas. ead.
De beneficiis seruitoriis non acceptandis. ead.
De beneficiis reseruatis. ead.
De insinuatione,& publicatione. ead.

De mensibus ordinariorum. char. 33.
De pluribus ad eandem Ecclesiam expectañ. ead.
De Motu proprio. eod.
Reuocatio Expectatiuarum, Mandatorum, Reseruationum, & Indultorum. char. 34.
De Praelationibus, siue Praerogatiuis, in gratiis Expectatiuis. char. 35.
De mutationibus Collationum Expectatiuarũ. char. 36.
De executione Processuum Expectatiuarum. ead.
Moderatio Indultorum quo ad expectantes. char. 37.
Moderatio Indultorũ Cardinaliũ ad sex méses. ead. & 38.
Q đ nullae aliae Prerogatiuae suffragentur, nisi tantũ concessae expectantibus. char. 39.
Reuocatio Indultorum, quibusuis Legatis, Commissariis, & Iudicibus concessorum, & ꝙ non teneantur parere Commissionibus, nisi manu Papae signatis, & ꝙ causas aduocare, & committere possint. ead.
Q đ Expeditio gratiarum Expectatiuarum, illarumq; Processuum fulminatio, pro prima, erit die. 24. Nouembris; & pro secunda, expeditioñ. in Caleñ. Martii proxime futur. char. 40.
Prorogatio fulminationis Processuum gratiarum Expectatiuarum de prima expeditione, vsq; ad. 12. diem mensis Decembris proxime futuri. char. 41.
Prorogatio fulminationis Processuũ gratiarũ Expectatiuarum, vsq; in diem. 30. Decembr. 1536. char. 42.
Subrogatio R. D. Petri Episcopi Casertañ. in fulminatione Processuum gratiarum Expectatiuarũ, loco Reuereñ. D. Christ. Cassaneñ. tunc Sanct. suę Datarii, ad Cardinalatus honorem assumpti. ead.
Prorogatio expeditionis Expectatiuarum: ac concessio, vt vnusquisq; qui nõ expedierit in prima expeditione suas literas, & Processus: possit expedire eas sub data expeditarũ, per totũ mensem Ianuarii praesentis. char. 43.
Q đ nemo de expectantibus possit acceptare beneficia reseruata, seu effecta, vigore quorumcunq; Priuilegiorum

concessorum Collegiis quorumuis Officiorum suæ S. & Ro. Cu. char. 45.
Regula, super mensibus ordinariorum, facta. ead.
De beneficiis Commensalium Prædecessorum suorum, & Sanct. suæ, sub Constitutione fe. re. Benedicti XII. com pręhens. char. 47.
Prorogatio Expectatiuarum vsq; ad annum. char 48.
Reuocatio Expectatiuarum, & aliarum gratiarum, aliis, per Sanct. suam innouatarum & cõcessarum, ac diuersis temporibus, & sub die XXII, Augusti. Pont. eiusdem, Anno Secundo, in Cancellaria Apostolica publicatarum. ead.
Regula, qua declaratur propter eiusdem Sanct. suę ab vrbe discessum; non duas, sed tantũ vnam existere Romañ. Curiam &c. char. 50.
Declaratio regulæ reseruationis mensium Apostolicorum. char. 51.
Reuocatio Mandatorum Apostolicorum. char. 52.
Declaratio temporis dati per aliam regulam ad publicandũ beneficioꝝ resignationes; currere a die datæ Supplicationis, & nõ a die præstiti Consensus. char. 53.
Reuocatio gratiarum Expectatiuarum. char. 54.
Declaratoria Regulæ, siue Constitutionis, aliis, a Sanct. sua publicatæ: in qua attestatur Referẽdarios, aliosq; Sanct. suæ, & Romanorum pro tempore Pontificũ Officiales, in eadem Regula, siue Constitutione descriptos: familiares, & veros cõtinuos Cõmensales existere &c. char. 56.
Contra quoslibet impetrantes beneficia certo modo vacantia. char. 59.
Innouatio cõstitutionis, siue declarationis; aliis per Sanct. suam facta: in qua declaratur, propter eiusdem Sanct. suæ ab Vrbe discessum, non duas, sed vnam tantum Curiam existere. char. 61.
Regula, qua declaratur quascunq; expeditiones literarum Apostolicarum, hactenus, temere & fraudulenter expeditas, & in futurum expedieñ. &c. nullius roboris vel momenti existere, nisi cum conditionibus, & sub pœnis in

eadem Regula contentis. char. 63.
Reuocatio Mandatorum, & aliarum gratiarum ad vacatura; pterq̃ in forma Capituli mandatū in Francia. char. 64.
Prorogatio gratiarum Expectatiuarum, vsq; in Caleñ. Martii proxime futuris. char. 65.
Alia Prorogatio gratiarū Expectatiuarum, vsq; ad Caleñ. Aprilis proxime venturi. char. 66.
Regula confirmatoria regulæ Sanct. suæ, sub die 13. Nouembris proxime pręteriti in Cancell. apostolica lectæ, & publicatæ: qua declaratur omnia Monasteria in dicta regula compræhensa, ac beneficia a dictis Monasteriis dependeñ. & resignata, seu resignañ. fraudulēter, & in cōtemptum supradictæ Regulæ, seu decreti Sanct. suæ; ex nunc, prout ex die expeditionis literarum huiusmodi, vacare, & vacari debere, ac viribus omnino carere. ead.
Alia prorogatio Expectatiuarum, vsq; ad. xxii. diem Aprilis proxime futuram. char. 68.
¶ NOVÆ REGVLÆ CANCELLARIÆ APOST. super grãis Expectatiuis, per Sanct. suã dādis, editę. ead.
De expeditione literarum pro pauperibus. ead.
Priuilegium pauperum. char. 69.
Qui possint acceptare in forma pauperum. ead.
Q đ pauperes graduati, possint habere duas literas. ead.
Q đ pauperes possint locari extra suam Prouinciam. ead.
Prærogatiua pauperum in Romañ. Curia. ead.
De beneficiis, quæ conceduntur Vltramōtanis. char. 70.
De Taxis in beneficiis. ead.
De derogatione statutorum Ecclesiarum Cathedraliū. ead.
Doctores &c. præferantur aliis in parochialibus Ecclesiis. char. 71.
Qui possint obtinere dignitates. ead.
De non examinandis. ead.
Hospitalia, non cōpręhendantur sub Expectatiuis. ead.
Extra nationem suam, nulli liceat impetrare gratiam Expectatiuam. ead.
Nullus valeat acceptare, literis non expeditis. ead.

De non habendo duas Expectatiuas ead.
De beneficiis seruitoriis non acceptandis. ead.
De beneficiis reseruatis. char.72.
De Insinuatione, & publicatione. ead.
De mensibus Ordinariorum. ead.
De pluribus in eadē Ecclesia expectantibus. char.73.
De Motu proprio. ead.
Reuocatio Expectatiuarum, Mandatorum, Reseruationū, & Indultorum. ead.
De Prælationibus, siue Prærogatiuis in gratiis Expectatiuis. char.74.
De mutationibus Collationū Expectatiuaꝝ, &c. char.75.
De executione Processuum grãꝝ Expectatiuaꝝ. char.76.
Moderatio Indultorum quo ad expectantes. char.77.
Moderatio Indultoꝝ Cardinaliū, ad sex menses. char.78.
Qđ nullæ aliæ Prærogatiuæ suffragentur, nisi tantum concessę expectantibus. ead.
Prorogatio super decreto Processuum gratiarum Expectatiuarum in prima expeditioñ, fieñ. Et de expeditione earundem gratiarum Expectatiuarum. char.79.
Prorogatio super decreto, & fulminatione gratiarum Expectatiuarum, vsq; ad primam diem Octobris immediate sequeñ. ead.
Alia Prorogatio fulminationis Processuum gratiarum Expectatiuarum, ad xx. diem mensis Octobris, cum declaratione etiam & decreto fulminationis, & expeditionis eorundem Processuum, per R.P.D. Nicolaum Sanct. suæ Datarium &c. iuxta formam aliarum Constitutionum latius in Regula contentarum. char.80.
Alia Prorogatio, super Decreto, & fulminatione Processuum gratiarum Expectatiuarū, vsq; ad xxx. diem mensis Decembris proxime futuri; cum declaratione expeditionis earundem gratiarum, & Processuum, vna etiam cum innouatione Constitutionis gratiarum ad vacatura beneficia, ac Reuocationis facultatum, & Indultorum Regulæ Sanct. suę in Cancell. Apost. sub die xviii. mensis

Aprilis proxime præteriti, publicatæ. char. 81.

Alia Prorogatio fulminationũ. gratiarum Expectatiuarum vſq; ad quartam diem menſis Februarii proxime futuram: char. 82.

Regula, per quam Sanct. ſua voluit literas gratiarum Expectatiuarum vſq; ad Martii vii. diem expediri poſſe; & decretũ Proceſſuũ, die IIII. pſentis mẽſis Februarii faciendũ; illis qui tamẽ eadẽ die Collationes ſuas ſpecificauerint, alias ſub Data currenti, tantum ſuffragari, ac Proceſſus non rotulatorum ſic decretos, vltra manum Scriptoris, & Archiuii Sigillum, per Reuerẽ. D. Datarium. ſubſcribi debere. char. 83.

Regula per quã Sanct. ſua declarari voluit eiuſdem Sanctitatis ſuæ, ac ſedis Apoſtolicæ Nuncios, & Legatos accedẽ. ad Regna, & Dominia vnico Regi ſubiecta, & ad quę deſtinati fuerant; ſolummodo potuiſſe diſponere de beneficiis ipſius Regni, in quo ipſi pro tempore morabantur, & non de beneficiis omnium Regnorum, Regi dicti Regni (ad quod ipſi declinabant & morabantur) ſubiectorum. char. 84.

Regula per quam declaratur tempus expeditionis literarũ Expectatiuarum, pro pauperibus clericis beneficiandis; iuxta Conſtitutionem Sanct. ſuæ ſub die xviii. Aprilis, Pont. ſui anno XI. publicatam. Et pauperes, qui gratias ſub forma in dicta Conſtitutionẽ comprẹhenſa, nõdum expediuerũt; dictas gratias, ad alium annum, a die publicationis prẹſentis conſtitutionis computandum, expediri poſſe. char. 85.

Regula, ſiue Conſtitutio perpetuo duratura, ac reuocatoria omnium & ſingulorum Priuilegiorum, & Indultorũ (nonnullorum tantum in eadem Conſtitutione comprẹhẽ. exceptorum) Hoſpitali S. Spiritus in Saxia de Vrbe: tam per Rõ. Pont. Sanct. ſuę prẹdeceſſores, q̃ eandem Sanct. ſuam hactenus conceſſorum: vna etiam cum limitatione facultatum, priuilegiorum, & Indultorum, Fabricę Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe,


ac eiusdem Commissariis concessorum: cum reductione, ac reformatione illorum, sub excommunication. ac aliis poenis, in eadem Regula, siue Constitutione contentis. char. 86.

¶ EXPLICIT TABVLA OMNIVM REGVLARVM S.D.N. Pauli, Papę Tertii, in libris Cancellarię Apostolicę descriptarum, & in hunc vsq; diem suprascriptum promulgatarum.

¶ Motus proprius S. D. N. D. Pauli, Papæ. III. in fauorem Fabricæ Basilicæ S. Petri de Vrbe, super restitutione, & reintegratione quorumcunq;. Priuilegiorum, & Facultatum dictę Fabricę, non obstan. quibuscunq; limitationibus, reuocationibus, & Cancellarię Apostolicę Regulis in contrarium editis. char. 87.

¶ Et nota q iste Motus Proprius, non est Registratus in libris Cancellariæ.

FINIS.



1968

